




M. 2, 77<sup>a</sup>


R. N. 2, 354<sup>b</sup>













DE RATIONE  
DISCENDI,  
ET ORDINE STV.  
DIORVM IN SINGVLIS  
*Artibus rectè institu-  
endo.*

DAVID CHYTRÆVS.



VVITTEBERGÆ  
IOHANNES SCHVVERTELY-  
VS EXCVDEBAT.

---

ANNO M D. LXVII.







DE RATIO  
NE DISCENDI, ET  
ORDINE STUDIORVM  
RECTE INSTITV-  
ENDO.

Commonefactiones & Re-  
gule vtilis.

**D**EVS ÆTERNVS TA-  
ter Domini nostri Iesu Christi,  
immensa bonitate, radios sue  
lucis & sapientiæ, in mentes  
humanas sparsit, in prima crea-  
tione inserens mentibus noticias numerorum,  
ordinis principiorum, iudicij de consequentia,  
& cæteras, vt testimonia de Deo conditore, &  
semina ac normæ Artium, & Regulæ Studio-  
rum, consiliorum, & actionum in omni vita,  
& in summa omnium rationalium cogitatio-  
num metæ essent ac gubernatrices.

Simul autē patefecit Deus sua voce, et tra-  
didit humano generi, peculiarem doctrinam de  
Filio suo, Domino nostro Iesu Christo, de recon-  
ciliatione hominum, de vita æterna: Quam do-  
ctrinam literis mandari, & libris certis per  
A 2 Patres



DE RATIONE

Patres, Prophetas & Apostolos comprehendere  
voluit: Et huius doctrinae voce aeternam sibi  
Ecclesiam colligit, & aeterna bona nobis imper-  
tit.

Ideoq; Literas & Artes generi humano  
ostendit, & seruat linguarum & artium stu-  
dia, non tantum ut sint fontes omnium bono-  
rum, & nerui atq; artus gubernationis, & or-  
namentorum vitae civilis, sed multo magis, ut  
hunc Librum per Prophetas & Apostolos scri-  
ptum, in quo vera de Deo & aeterna salute no-  
stra, doctrina continetur, legere, audire, disce-  
re, recte intelligere, & alijs interpretari possi-  
mus.

Quod cum sine literarum, linguarum &  
multarum artium, quae in scholis traduntur,  
cognitione fieri nequeat: sciamus & haec no-  
stra literarum & Artium studia, & certam ac  
utilem rationem & ordinem discendi, seuerissi-  
mo Dei mandato praecipere, & placere Deo haec  
sua dona eximia, & gratam de Deo famam, ut  
Plato ait, in artibus sparsam esse: quae quidem  
ideo potissimum discendae sint, ut DEO GRA-  
TA DICERE, & Deo grata facere possi-  
mus.

Ut autem studia nostra, Dei gloriae, & Ec-  
clesiae ac Reipublicae salutem, cum fructu serui-  
ant.



DISCENDI.

ant, nec inutile & inani contentione absumantur: Ordinem & viam certam, seu μέθοδον divinitus monstratam, sequi discentes oportet, Qua velut Ariadnes filo deducti, ad propositam veræ & salutaris eruditionis metam, magna cum sua & aliorum utilitate & laude, perveniant.

Plurimi enim in studijs sine certa ratione et ordine temerè vagantes, verè εὐκλασι ὁμῶς τυφλῶ ἡγεῖα, hoc est, velut cæci, via ignari, per studiorum labyrinthos incerto motu errant, nec metam & finem studiorum optatum assequi unquam possunt.

Est autem DILIGENS SCHOLASTICVS, non qui assiduè in studijs sine certa ratione & ordine vagatur, qui omnes in schola lectiones quotidie sine iudicio audit, omnia dictata excipit, & rapsodias prolixas coaceruat, vel quotidie magnum numerum paginarum perlegit, & per multos ac varios autores grassatur: Sed qui primùm, Finem & metam, ad quam dirigenda sunt studia, prudenter prospicit: Deinde Media, ad Finem illum assequendū necessaria, rectè eligit: Postea in Medijs illis parandis & tuendis præstat intentionem animi, curam, vigilantiam, assiduitatem & laborem.

Quare vt Adolescentum studia pro mea te-





uitate adiuuem: et certum Discendi Ordinem,  
 & rectam ac compendiarium ad salutarem eru-  
 ditionem viam studiosis monstrem: decreui ea,  
 quæ de Ratione discendi, & ordine studiorum  
 instituendo, à doctissimis viris tradita esse me-  
 mini, et quæ mediocri assiduitate et vsu discen-  
 di ipse cognoui, candidè & fideliter studiosis  
 adolescentibus impertire.

Dicam igitur ordinè & breuiter,

I. De FINE & meta studiorum, ad quam  
 omnes discendi labores referre studiosi debent.

II. De Medijs, quæ ad eum Finem ducunt, re-  
 ctè eligendis, & sedulò parandis.

III. De Ratione instituendi studia in singulis  
 artibus, & de singularum artium Scriptoribus,  
 quos præcipuè legi, & præ cæteris diligenter co-  
 gnosci à studiosis oportet.

IIII. De Distributione operarum & studiorum  
 in tempora & horas certas, ut labor discantibus  
 imminuatur, & uarietate quadam, quæ tamen  
 non obsit studijs, animi subinde recreentur.



I.  
DE FINE STV.

DIORVM.

**V**T Viatores certum sibi oppidum, velut metam & scopum habent propositum, ad quod rectissima via contendunt, & enituntur: Sic in omni vita, & in literarum studijs præcipuè Meta certa, et Finis, ad quem omnes discendi labores dirigantur: & vna facilis & expedita ad Finem assequendum Via & Ordo semper in conspectu versetur. Qui enim, quò destinavit, peruenire vult, vnã sequi viam, non per multas vagari debet. Non ire istud, sed errare est, vt Senecæ verbis vtar.

Finis autem non studiorum modò, sed etiã totius vitæ humanæ præcipuus & vltimus esse debet, GLORIA DEI, seu vera agnitio & celebratio Dei, iuxta doctrinam à Deo in libris Prophetarum & Apostolorum patefactam, sicut scriptum est, Omnia ad gloriam Dei facite.

Et semper in conspectu sit grauissima & dulcissima veteris versiculi sententia, Ἀρχὴ καὶ τέλος πάντων ἡ θεοῦ ποίησις.

Etsi enim non omnes, qui in studijs versantur, ex professo Theologi futuri sunt: Tamen si

A 4

homi-



FINIS

hominis Christiani nomen rectè tueri volunt: aliquid temporis assequendo huic ultimo fini, & cognoscendæ veræ de Deo doctrinæ tribuendum esse, intelligunt.

Ideò enim conditi sunt à Deo omnes Homines, & postea per Filium redempti, ut DEVM agnoscant & celebrent, sicut se in doctrina Legis & Euangelij à se patefacta agnosci & coli voluit.

Sit igitur hæc prima cura et ultimus Finis omnium studiorum & actionum humanarum, ut hanc veram de Deo doctrinam discamus, & Deum vera ipsius agnitione & inuocatione, & totius vitæ obedientia celebremus, iuxta dictum: Primum quærite regnum Dei.

DVO SVNT autem proximi & immediati STUDIORVM FINES, ad quos, tanquam ad scopum, omnes discendi labores, omnium auctorum lectionem, omnes vigilias, lucubrationes, & studia omnia referri oportet, videlicet COGNITIO RERVM, & FACULTAS BENE DICENDI: Seu ut rectè de Deo, de moribus, de natura rerum, cæterisque rebus sentire ac iudicare, quæque in bonis, quæ in malis ducenda sint, intelligere: Et ea, quæ sentimus, perspicuè & commodè explicare & eloqui possimus.

Hos



STVDIORVM.

Hos Fines Græci eruditè & rotundè nomi-  
nant,  $\Sigma\omega\epsilon\sigma\iota\upsilon$ , id est, Sapientiam rectè sentien-  
tem et iudicantem de omnibus rebus: Et  $\Delta\omega\alpha\mu\iota\upsilon$   
 $\epsilon\gamma\mu\lambda\omega\epsilon\upsilon\lambda\kappa\omega$ , id est, Facultatem propria  
& perspicua oratione res bonas & vitæ neces-  
sarias explicandi.

Primum igitur, In omnibus studiorum la-  
boribus, & in omni cuiuscunq; Autoris lectione  
suscipienda, cogitent studiosi, Quam inde utili-  
tatem & fructum, vel ad  $\Sigma\omega\epsilon\sigma\iota\upsilon$ , hoc est, Re-  
rum cognitionem & sapientiam adipiscendam:  
Vel ad  $\Delta\omega\alpha\mu\iota\upsilon$   $\epsilon\gamma\mu\lambda\omega\epsilon\upsilon\lambda\kappa\omega$ , hoc est, facul-  
tatem rectè dicendi & scribendi comparan-  
dam consequi possint. Et in ijs studijs præcipuè  
elaborent, quæ ad hos fines plurimum confe-  
runt.

Ac in tota studiorum ratione instituenda,  
non tam suis iuuenilibus cogitationibus, quam  
Præceptorum, quos doctrina, ætas & usus di-  
scendi ac docendi erudiuit, sapientibus iudicijs  
nitantur. Verum est enim quod Menander ait,  
 $\text{Νέτ' γὰρ ὦρ, ἔδ' ὄκρυ μὲν, ἔφρονοῶ δ' οὐμ}$   
 $\text{δερ.}$  Et Homerus:  $\alpha\iota\epsilon\iota\ \delta'\ \sigma\pi\lambda\omicron\tau\epsilon\zeta\omega\mu\ \alpha\upsilon\upsilon\delta\epsilon\omega\mu$   
 $\phi\epsilon\epsilon\nu\epsilon\zeta\ \eta\omicron\phi\epsilon\theta\omicron\nu\tau\alpha, \sigma\iota\zeta\ \delta\epsilon\ \gamma\epsilon\zeta\omega\mu\ \mu\epsilon\tau\epsilon\kappa\sigma\iota\ \acute{\alpha}\mu\alpha$   
 $\pi\zeta\acute{\omicron}\sigma\omega\ \eta\gamma\lambda\ \sigma\pi\iota\acute{\omicron}\sigma\omega\ \lambda\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota.$

QUATVOR autem sunt præcipua AR-  
TIYV M GENERA, quæ RERYV M bo-  
narum



F I N E S

narum & Ecclesiae, Reipublicae ac singulis priuatim necessariorum, D O C T R I N A M continet.

I. T H E O L O G I A, seu doctrina de Deo, patefacta in Lege & Euangelio, quae summam S A P I E N T I A M, videlicet veram agnitionem Dei & nostri, & gubernationem vitae in rebus maximis, veram inuocationem, & firmas in omnibus miseris consolationes de Reconciliatione cum D E O, & vita aeterna propter Christum donanda, ostendit.

II. E T H I C A & P O L I T I C A regens mores ciuiles in omni genere vitae. Et hinc orta I V R I S P R V D E N T I A, quae rationem regenda Reipublicae & dijudicandi forenses controversias, & omnes nervos disciplinae honestae, ac pacis, inter homines, in hac ciuili societate, tuenda, continet.

III. Doctrina P H Y S I C A, considerans naturam & causas omnium rerum à Deo conditarum, vt caeli, stellarum, Elementorum, π ε τ ε ω γ ω ρ, Plantarum, animantium, & in primis animae & corporum humanorum. Et hinc extracta A R S M E D I C A, quae sola ferè quicquid verae & eruditae Philosophiae naturalis adhuc superest, complectitur: Et valetudinem ac vitam hominum tuetur, propter hunc finem.



senem, vt vera de Deo, & alijs rebus bonis doctrina in hac vita disci & latè propagari, ac vt iuniores à senibus & sanis doceri & gubernari possint.

Ad hanc classẽ artium *MATHEMATICA* etiam referrì vulgò solent, quæ numeros, Figuras, & earum proprietates, ac harmonias, & cœlestium corporum, Solis, Lunæ, ac reliquarum stellarum, motus ac effectiones, causas Eclipsium, distinctionem Dierum, Mensium & Annorum, causas inæqualitatis dierum, situs et interualla omnium in terra locorum, &c. inuestigant & patefaciunt. Hæc præcipua & pulcherrima, et generosis mentibus ac cœlo natis dignissima, sapientiæ humanæ pars sunt: Nec sine aliqua horum cognitione quisquam inter eruditos censerì, aut Philosophi, vel hominis docti nomen sibi vendicare meritò potest, vt grauissimè Plato inquit: *Vnum est naturæ vinculum, doctrina numerorum, figurarum et motuum cœlestium. Ac si quis aliam viam ad eruditionem et veram sapientiam quæret, fortunam inuocet, vt dici solet. Hic modus est, hæc educatio, hæc disciplina seu facilis seu difficilis, per hanc ire necesse est. Nec fas est negligere DEVM, qui GRATIAM DE SE FACTAM in his Artibus sparsit.*

Quartana



Quartam classem continet HISTORIA Rerum à Deo & Homimibus, in Ecclesia et Imperijs seu regnis Mundi præcipuis, ab initio Mundi vsq; ad nostram ætatem gestarum.

Cùm autem hæc quatuor Doctrinarum genera, quarum cognitio in primis homini in studijs versanti expetenda est, scriptis LATINIS & GRÆCIS, partim etiam EBRÆIS contineantur: Linguarum quoq; Latine in primis et Græcæ studia, ijs, qui ex ipsis fontibus, rerum doctrinam haurire cupiunt, diligenter suscipienda sunt. Sunt enim Linguae velut fons omnium Disciplinarum,

Et DICENDI ARTES, Grammatica, Dialectica & Rhetorica, superiorum istarum facultatum, quæ vitam humanam gubernant, & tuentur, necessaria adminicula sunt, & velut communia organa ac instrumenta, quibus in omnibus cæteris Artibus, quæ rerum doctrinam continent, discendis & tradendis opus est.

POETICA verò, (vt Erasmus lib. 2. Ecclesiastæ inquit) nihil aliud est, quàm ex omnium disciplinarum delicijs ac medullis condita placenta, seu ex electissimis quibusq; flosculis compositum mellificium. Nam præstantes Poëtae, ex omni doctrinarum genere, præcipuos &

MAXI



## STVDIORVM.

maximè illustres ac splendidos totius Philosophiæ locos, vt de Deo & pietate ipsius debita, de pœnis scelerum, de gubernatione imperiorũ & morum, de natura rerum, de siderum motibus, vel res gestas magnorum Principum aut aliorum, seligunt: Et adhibitis duabus rebus, quæ præcipuè alliciunt & delectant legentes, videlicet suauibus numeris seu carminibus concinnis, & picturis insignibus, seu exemplis historicis & fabulosis, ac similitudinibus aptissimis, explicant & illustrent.

Valdè autem prodest, in studijs, hoc modo, præcipuarum Artium, quæ rerum doctrinam continent, ordinem & fines ac vsus, breuiter, vna velut *σώφρα*, oculis subiici, & tanquam Dædali statuas ligari, & metis distingui.

Nam & Artes ipsæ facilius & rectius intelligi ac percipi possunt. Et in discantibus amor studiorum & cura discendi acuitur, & confirmatur voluntas progrediendi in studijs, quorum iam quasi regiones, quàm latè pateant, & metæ certæ prospiciuntur. Ac in legendis optimis autoribus semper initio spectandũ est, ad quas Artium partes scripta illa pertineant.

**A**LTER STVDIORVM FINIS  
proximus et immediatus, est Facultas bene di-



nè dicendi, seu rectè, ordinè & dilucidè, animo-  
rum nostrorum sensa & cogitationes, de rebus  
bonis & vitæ necessarijs, explicandi. Parum  
enim prodest sapientia seu rerum optimarum  
cognitio, quas, qui nouerunt, dicendo explicare,  
& orationis lumine illustrare non possunt.

Nec verò multum interest, siue omnino ali-  
quis mutus sit, siue orationem, nulla arte & cu-  
ra ac imitatione rectè loquentium elaboratam,  
vsurpet. Vt enim pictor, si temerè vagetur pe-  
nicillo, & nulla arte manum in ducendis lineis  
regat, nunquam signatè & aptè imaginem pro-  
positæ faciei exprimet: Ita in oratione, qui tu-  
multuariam verborum congeriem effundit, nec  
rationem certam & artem ad dicendum adhi-  
bet, de nulla re bona & graui appositè & dilu-  
cidè ea, quæ cogitat, explicare poterit.

Quare ad Rerum bonarum cognitionem,  
& sapientiæ doctrinam, adolescentes, studium  
& curam rectè dicendi, & formandæ oratio-  
nis propriæ & perspicuæ, in ea lingua, qua pu-  
blicè vtimur, adiungant: & facultatem rectè,  
ordinè, perspicuè, & appositè dicendi de rebus  
magnis, quarum cognitio vitæ utilis est, parent  
& confirment.

Ad eam facultatem assequendam, Primùm  
mediocris cognitio artium Dicendi, in quibus  
formantur



STVDIORVM.

Formandæ orationis ratio traditur, necessaria est. Deinde sedula lectio paucorum excellentium scriptorum, qui propriissimè & elegantissimè in sua lingua locuti sunt: vt in Germanica, Lutheri: In Latina Ciceronis, Liuij, &c. Et Imitatio, quæ illustria bonæ orationis exempla obseruet, eorumq; fabricationem intelligat, & effingere atq; exprimere in docendo conetur.

Postremò Assidua Exercitatio & vsus dicendi & scribendi: Nam, ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν ἔργιστον. Et optimus ac præstantissimus dicendi effector & magister STILVS, qui per sese ingenium excitat ac vegetius reddit, et acuit iudicium, & rectè dicendi facultatem potissimum parit & confirmat: Atque ita fructum studiorum affert præcipuum. Sed de Stilo postea monebo prolixius.

SECUNDA

PARS.

Nunc Finibus & quasi Metis studiorum constitutis, QUÆ VIA SIT ad eas proxima & quasi compendiaria, seu de Medijs quæ AD VERAM & solidam ERVDITIONEM, seu εὐσεβίῃ καὶ ἀεικαμίῃ ἐξελύσονται.



S E C V N D A

μὴ ἑλπίσας ἀσsequendam rectā ducunt, Regulas aliquot generales tradam: Quas si in discendo, Adolescentes mediocribus ingenijs præditi, & serio amore literarum flagrantes, constanti assiduitate & studio indefesso sequentur, paulò post maturos & solidos veræ eruditionis fructus percipient, et Ecclesiæ ac Reipublicæ magno vsui & præsidio ac ornamento erunt.

Cùm autem nulla hominum studia sint felicia & salutaria, nisi Deo ea iuuante, vt ipse filius Dei inquit: Sine me nihil potestis facere: Singulis diebus *STVDIA* nostra *ORDIAMUR* à pia & ardenti *PRECATIONE*, quæ petamus, vt Filius Dei λόγος, fons omnis sapientiæ & doctrinæ salutaris, ipse nos doceat, regat & adiuuet, Ne labor in Domino noster imanis eat.

Prælucente hac inuocatione, studia et labores discendi, certo ordine, & singulari cura, attentione animi, vigilantia et assiduitate adolescentēs capessant: memores dictorū, πόνος τοῦ χρωσῆς οὐδέπ' εὐτυχῆ. Item: πάντα ταῦτα ἐνδελεχείαις κατακνήσθαι πράγματα. Præsertim in hac iuuenili ætate, quæ ad discendū maximè idonea est: Ac vt Plato in Theæteto ait: εἰς πάντα ἐπίδοσις ἔχει, hoc est, in omnibus facile proficit, si accedat monstrator fidelis: enim



T A R S.

enim ceræ molli sigillum, ita teneris Adolescentum ingenijs Artes omnes facilius imprimi & instillari possunt.

Ita autem omnia studia & labores erunt faciliores & feliciores, si Dei auxilium, quod omnibus vera fide petentibus expositum & promptum est, accedet, ut dicitur: ὡκῆα δὲ ἐπευμένους ἰδὼν θεὸς πᾶσι, ὁδοὶ τε βραχέα.

Sequuntur OCTO REGVLÆ de Ratione discendi, seu DE MEDIIS, quæ ad optatam studiorum Metam, seu ad veram Eruditionem, discentes recta perducunt.

I.

METHODI ET SVM.

MÆ ARTIVM.

**C**um omnes artes bifariam tradantur: Initio enim summæ artium certa ratione & methodo in compendium contractæ discipulis proponi: Postea singulæ partes vberius ac copiosius euolui, & subtilius ac perfectius explicari solent: sine dubio hæc utilissima et maximè necessaria rectè discendi Ratio est, ut Adolescentes initio, Et præcipuè LIBEL-

B LOS



**L**OS, qui breues & eruditas summæ, seu Methodos Artium continent, ordinè & diligenter cognoscant. Et in singulis Artibus unicum tantum **LIBELLVM**, qui erudita Methodo in compendium contractam artis illius summam tradit, tantisper legant & relegant, nec prius ex manibus deponant, donec integrè & familiarissimè perspectum & cognitum animo infixerint.

Et quoscunq; postea legent Autores, Poetas, Philosophos, Oratores, Historicos, & alia scripta: semper ad illas artium methodos referant, & ad quam partem artis pertineant, prudenter considerent.

Hanc rationem discendi, in certis libellis, qui summæ & Methodos artium continent, penitus cognoscendis immorantem, re ipsa experientur studiosi plurimùm ad veram & salutarem eruditionem comparandam prodesse. Imò sine hac ratione, nullas artes integrè ac solidè discant, nec ullam eorum studia Reipublicæ utilitatem asferre poterunt.

Cùm autem singularum Artium compendia & epitomæ à multis scriptæ extant: tamen in harum regionum scholis nunc vsitatissimi, & per se discantium studijs maximè accommodati, et vtilis sunt, Philippi Libelli, quibus ad-  
mira-



mirationem & amorem omnium studiosorum  
merito conciliat:

I. Prudentia et dexteritas, qua ex longissi-  
mis aliorum voluminibus, præcipuos & utilis-  
simos Locos seligit, vt velut gemmæ ex turba  
inutilium aut obscurarum præceptionum eru-  
tæ clarius conspici possint: Et necessaria tan-  
tùm præcepta, & ad formandum iudicium de  
maximis rebus imprimis utilia, omissis inanibus  
cauillationibus, & argutijs difficilioribus, pro-  
pria & perspicua oratione, aptissimo ordine, &  
neruosa breuitate tradit & explicat, & vsum  
in communi vita ostendit.

II. Illustria exempla præceptis adiungit,  
sumta ex optimis autoribus, & præsentium  
temporum controuersijs, & continentia gra-  
uissimarum rerum doctrinam, in quibus artium  
vsus, & vis ac utilitas præceptorum, in iudi-  
cando, & dicendo, de maximis rebus vitæ ne-  
cessarijs, conspici potest.

III. Illecebras miscet ex quadam Historia-  
rum, Dictorum, Sententiarum, similitudinum  
& aliarum allusionum dulcissima varietate:  
Quæ cum natura animos capiant, & delectent,  
simul necessaria artium præcepta, etiam insua-  
uora, & doctrinam utilissimam, & in omnes  
vitæ partes latè manantem, singulari cum vo-



luptate animis discantium instillant. Meritò igitur, Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Sic itaq; hoc primùm Præceptum de Ratione Discendi, vt initiò diligenter & attentè discant studiosi libellos continentés Methodos & summas artium, quales sunt Grammatica & Dialectica à Philippo scripta, Rhetorica, Elementa doctrinæ Ethicæ Aristotelis, Initia doctrinæ Physicæ & de anima. Arithmetica Gemmæ Frisij, & Iodoci Vuillichij. Elementa Geometriæ Euclideanæ. Libellus de Sphæra. De Anno, De Dimensione terræ, Et Theoricæ Planetarum. In Theologia, Examen Ordinandorum, seu Loci Theologici. In Iure, Institutiones Imperiales. In Medicina, Methodus Fuchsj, vel Parua Ars Galeni, tametsi difficilior est, et artificem etiam exercere potest.

## II.

## O R D O.

**R**ectissima ad ueram & solidam eruditionem comparandam uia est, non temerè per varias artes & Autores, sine ordine & ratione certa vagari: Sed ORDINE certo per circulum doctrinarũ incedere, & ARTES uitæ necessa-



ORDO IN DISC: ARTIB:

necessarias DISCERE, & quasi per gradus ab inferioribus artibus ad superiores & cognatas traduci. Cùm enim omnibus cæteris in rebus plurimum valet ordo: tum verò præcipuè in studijs (vt suauissimè dixit Xenophon) οὐδὲρ οὕτως, οὔτε εὐχρηστορ οὔτε καλῶρ ἀνθρώποις ὄσι, ὥς ἡ τάξις.

Ideo autem sapienti consilio artes distinctæ sunt, vt quarum rerum cognitio Ecclesiæ ac Reipublicæ & communi hominũ vitæ in primis necessaria sit, intelligere: & artes singulas, velut in classes suo loco distributas, ordine & tempore conuenienti rectius & facilius percipere possimus.

Nec alio consilio GRADVS in scholis à maioribus nostris constituti sunt, quàm vt ordine artes vitæ necessarias inuentus perdiscat, et sensim velut per gradus ad fastigium artium, vitæ gubernatricum, ascendat.

Prima igitur adolescentum, solidæ eruditionis amore flagrantium cura sit, ARTES DICENDI, ad omne studiorum genus, non minus quàm hoc aère & igne ad vitam corporis sustentandam opus est, necessarias, Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricen: Præterea Arithmeticen, & Chronicon seu Epitomen Historiarum



ORDO IN STUDIIS.

riarum mundi, & ante omnia CATECHESIS IN seu Elementa, veræ de Deo doctrinæ, singula ex singulis libellis eruditam methodum & summam artis continentibus, perdiscant.

Et styli exercitia assidua adiungant.

Nec intempestivè ad superiores disciplinas properent, sed tantisper in hisce incunabulis Philosophiæ & inferiorum artium & linguarum studijs immorentur, donec penitus eas cognoverint, et usu aliquo iudicium confirmarint.

Deinde Præceptorum iudicio se ad Ethicæ, Physicæ, Mathematica discenda convertant.

Postremò mediocri cognitione linguarum, & artium inferiorum, quæ fundamenta et fontes sunt superiorum, & mediocri scientia dicendi ac scribendi comparata, totos se dedant supremis artibus, THEOLOGICÆ, IVRI, vel ARTI MEDICÆ, quæ vitam humanam gubernant, & tuentur.

Hic Ordo & series est præcipuarum Artium, & velut gradus scalarum, per quas ad fastigium veræ & solidæ doctrinæ pervenitur.

Etsi autem singulæ artes infinitam sapientiam continent, nec penitus exhauriri ab vno homine possunt: tamen initia & Methodi, seu summæ singularum artium, mediocri studio per-



## AUSCULTATIO.

percipi ac cognosci possunt. Postea singuli in una aliqua arte integrè & solidè perdiscenda præcipuè elaborare debent, cuius cognitione instructi, Ecclesiæ & Reipublicæ suo loco vtiliter seruiant.

### III.

## AUSCULTATIO.

**V**erissimum est Plutarchi dictum, τῆ παλαιῆ δειᾶ καὶ ἀρετῆς μία λαβὴ τὰ ὅσα τῶν νέων ἴσθι, id est, unica ansa seu manus, qua eruditio & virtus vera apprehendi & percipi potest, sunt **AURES** adolescentum puræ & attentæ.

Condidit enim **DEVS** mirando consilio Naturam hominis talem, vt Auditum veram de ipso & alijs rebus bonis doctrinam discat, & ad omnium virtutum officia flectatur. Ideo Ministerium docendi in Templis, & scholis instituit.

Etsi autem muti etiam Magistri, seu Libri priuatiuè lecti, tum plura, tum eruditiora ferè docent, quàm præceptores, qui in schola audiuntur: tamen iuuenibus in primis, ad eruditionem comparandam, multò vtilior & magis necessaria est Auscultatio, quàm Lectio. Nulla enim ars sine Interprete, vt Cicero inquit,



ΑΥΣCΥΛΤΑΤΙΟ.

et sine aliqua exercitatione, quam Præceptoris iudicio et voce regi oportet, percipi potest.

Et perniciosissima Adolescentum in studijs versantium pestis est, cum ipsi sibi præceptores esse, et αὐτοδιδάκτοι videri cupiunt, de quibus in Theæteto Platonis dicitur, οὐδὲ γινέσθαι τῶν τοιούτων ἐτορῶν ἑτέρου μαθητῆς, ἀλλὰ αὐτόματοι ἀναφύονται &c.

Maior etiam ἐνέργεια seu vis et efficacia est viuae vocis, de Doctoris ore, in Discipuli aures transfusa, ut Ieronimus loquitur. Nam et alacrius arripiuntur, et altius insidunt animo, et firmiter retinentur, et celerius sese offerunt, cum opus est, ea, quæ iuvenes attentè audiimus, quàm ea, quæ legendo consecuti sumus.

Quare diligenter et attentè audient studiosi, de præceptorum iudicio, Lectiones ipsis utiles: easq; domi repetent, et memoriæ commendabunt, et cum æqualibus de locis obscurioribus sæpè conferent: Nec deserent incoactam lectionem, aut scripti explanationem, donec ad finem deducta, et integrè percepta ac cognita fuerit.

LECTORES etiam, non modò assiduitatem et diligentiam in docendo præstent, et prolixitatem nimiam vitent, verùm etiam ad discen-



## A V S C V L T A T I O.

discientium utilitatem, et auditorum captum, et artium ac scriptorum, in quibus explicandis versantur, varietatem, et subiectam materiam, enarrandi rationem dextrè accommodent.

Nam vnumquodq; genus artium et scriptorum suam quandam et peculiarem  $\text{ἰδίωτην}$  desiderat.

In dicendi Artibus præcepta maximè necessaria prudenter eligi, et quanta fieri potest breuitate et perspicuitate declarari debent, adhibitis illustribus et iucundis exemplis, quæ vel  $\text{ὑπόμνημα}$  insignes, vel historias simul continent: et monstrandus est vsus præceptorum, ut iuxta artis normam, orationes et scripta aliorum retexere et dijudicare, et sua rectè componere discant.

In BONIS AVTORIBVS ENARRANDIS, Primùm considerari debet, ad quod Genus Artium, seu ad quam partem Philosophiæ, et ad quod Genus causæ scripta pertineant, ut Propositio seu scopus et argumentum operis, perspicuè monstretur: et series membrorum omnium ad illius generis locos, ordinè et dextrè referatur.

DIDACTICA scripta, ut Ciceronis libri Philosophici, de Natura Deorum, de Officijs, et pleraq; Aristotelis scripta, Item, Epi-



## ENARRATIO

*Stola ad Romanos, Loci Theologici, Et in summa, libri, quibus artium quarumcunq; doctrina explicatur, ad Locos generis Didascalici, seu methodi Dialecticæ, An sit, Quid sit, Quæ partes vel species, Quæ causæ, Qui effectus, Quæ cognata, Quæ pugnancia, exigendi sunt.*

*IN HISTORIIS sacris seu Ethnicis, utilissimum est ad locos communes virtutum & viciorum, & γυναικας de gubernatione consiliorum, et de Euentibus & scelerum pœnis narrationes referre, et circumstantiarum, temporis, personarum, locorum, etc. rationem diligentem habere.*

*IN ORATIONIBVS & EPISTOLIS plerisq;, loci generis Deliberatiui, ordinem enarrandi monstrant: vt primùm Status causæ, deinde principalia argumenta, & membra & singulorum Partes, Affectus, vis & pondera verborum, Phrases, figura & ornamenta explicentur.*

*IN POETIS, omnia vel ad doctrinam de moribus & pœnis scelerum, vel ad scientiam naturæ rerum, vel ad Historiam accommodari possunt.*

*Et in omnibus Autoribus, qui non modò sapientiæ seu rerum doctrinæ, verum etiam linguæ & orationis formandæ causa proponuntur,*



## AUTORVM.

cur præsertim apud rudiores, singulari diligentia, vis & significatio ac pondera verborum, & Phrases, & verborum ac sententiarum figura, amplificationes, & compositio concinna, & similem orationem effingendi ratio, auditoribus explicanda est.

Sed de tota ratione Enarrandi præstantiū Autorum scripta, alibi fortasse dicetur copiosius. Nunc vnicam admonitionem adiungam, vt maiore cum fructu studiosi, Philosophiæ & aliarum artium Professores audiant: multum prodesse, vt ante publicam lectionem, domi privato studio, ea, quæ publicè enarrabit interpretes, diligenter legant & expendant, adhibitis etiam commentarijs, perinde ac si ipsis de eadem materia lectio habenda esset. Ita enim maiori cum attentione Professores audient, & de locis difficilibus ac obscuris postea dexterius & utilius cum interprete conferre, & συζητήσασε mutua eruditionem augere & confirmare poterunt.

## IIII. LECTIO.

**I**NTER præcipua comparanda Eruditionis  
Solidæ Instrumenta est diligens et attenta op-  
timum



L E C T I O

timorum sui cuiusq; generis AVTORVM LECTIO, de qua sex vtilis admonitiones ordine recitabo.

PRIMO. Cum classes seu genera præcipuarum artium distincta sint: & paulò antè præceptum sit, vt singularum Methodi & summæ diligenter animis insigantur: Semper initio studiosi, Quoscunq; libros in manus summent perlegendos, cogitent, ad quam classem Artium, seu ad quam partem Philosophiæ, & ad quas singularum Artium seu Methodorum partes, scripta illa referre debeant. Ita enim facilius velut  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\ \kappa\epsilon\delta\theta\varsigma$ , & ad certas metas reuocari, tota discendi ac legendi ratio poterit: Et quam ex singulis libris vtilitatem, vel ad rerum cognitionem et sapientiam alendam, vel ad rectè dicendi ac scribendi facultatem, referre lectores possint, intelligetur. Exempli causa. Ciceronis libelli de Officijs, de Amicitia, de Finibus bonorum, Tusculanæ Quæstiones, pertinent ad secundam classem artium, ad doctrinam Ethicam. Libri de Animalibus Aristotelis, Theophrasti de plantis, Dioscorides, &c. pertinent ad tertiam classem, ad Doctrinam Physicam. Arati Phænomena, Proclus, Euclides, Ptolemæus, pertinent ad quartam classem, ad Mathemata. Topica Ciceronis sunt pars  
Dica



A V T O R V M.

*Dialecticæ de locis argumentorum. Libelli de Copia Erasmi, sunt pars Rhetorices de figuris amplificationum. Liber de conscribendis Epistolis, repetit præcepta Rhetorices, accommodata ad Epistolas conscribendas, &c.*

SECUNDO. Ex omni scriptorum turba, & varietate illa librorum infinita, CERTOS quosdam & PAUCOS, eosq; OPTIMOS AVTORES initio studiosi eligant, quos sæpè multumq; legant, & diligenter ac attentè relegant, & adhibito observationis ac imitationis studio, tantisper evolvant, donec & sententias eorum omnes, seu doctrinam de rebus, quas susceperunt explicandas, familiariter sibi notam reddiderint, & genus orationis proprium ac perspicuum, aliqua ex parte imitentur, & exprimant.

Verè enim experientur discentes, Se multò ampliores ac rectè de rebus vitæ necessarijs sentiendi ac iudicandi facultatem, & ad rectè dicendum ac scribendū, utilitates, ex vno aliquo autore bono, ter aut quater relecto, percipere, quàm ex tota, reliqua Bibliotheca, seu infinitis libris, quos obiter & cursim perlustrarunt.

Itaq; singuli studiosi, in eo genere doctrinæ, in quo præcipuè elaborare & Deo ac Reipublicæ servire constituerunt, initio vnicum tantum



L E C T I O.

tum libellum, qui breuem summam & metho-  
dum totius Artis continet: Deinde certos quos-  
dam & paucos Autores, qui eruditè et integrè,  
omnes doctrinæ partes illius explicarunt: peni-  
tus sibi & familiarissimè notos reddant. Quo-  
rum sententias, velut normam iudicij, de omni-  
bus rebus ad eam doctrinam pertinentibus, con-  
sulant & sequantur. Et quorum sermonem  
proprium ac perspicuum, in suæ professionis ma-  
terijs oratione explicandis, quantum fieri po-  
test, exprimant & effingant.

Etsi autem, Qui autores, in singulis Arti-  
um ac studiorum generibus, præcipuè legi ac  
relegi debeant, postea suo loco dicemus: tamen  
nunc exempli causa tantum monebimus, quos  
libros, studiosis iuuenibus, postquam libellos,  
qui summas & Methodos continent artium, di-  
dicerunt, in primis euoluere, & diurna noctur-  
naq; manu versare profit.

In THEOLOGIA, Textus sacrarum li-  
terarum, & Loci Theologici, & Enarrationes  
Lutheri & aliæ, quarum in oratione de studio  
Theologiæ rectè inchoando, mentionem feci-  
mus, assiduè in manibus habeantur.

In ETHICIS, Aristoteles præcipuè, &  
Plutarchi Moralia verè aurea, quæ sapientissi-  
mis præceptis, pulcherrimis Exemplis, dul-  
cissimis



ēssimis similitudinibus et Gnomis stipata sunt  
Et Senecæ etiam Epistolæ, & aliæ disputati-  
ones, euoluendæ sunt.

In POLITICIS, quæ Iurisprudentiæ  
initia continent, Aristotelis πολιτικά. Et Cice-  
ronis ac Platonis libri, de Legibus, et πολιτικῶν  
& fragmenta ex libris veterum Iurisconsulto-  
rum in Pandectis, & Legibus Imp̄. in Codice  
collecta, præcipuè cognoscantur.

In PHYSICIS, post cognita initia, Ari-  
stoteles potissimùm legendus est, & illi in pri-  
mis libri, qui vtilissimas materias & disputa-  
tiones continent, vt duo libri de Generatione et  
corruptione: quatuor de Meteoris. Secundus  
& Tertius de Anima, & quæ parua naturalia  
vocantur, & Aurei libri de animalibus, &  
Theophrasti de Plantis, & stirpium Historia  
Dioscoridis.

In MEDICINA, Galenus totam artem  
complexus est, cuius libros de Elementis, Tem-  
peramentis, Facultatibus naturalibus, Placitis  
Hippocratis & Platonis, Vsu partium, Ana-  
tomicis administrationibus, de simplicium  
medicamentorum facultatibus, de sanitate  
tuenda, de causis & differentijs morborum  
ac symptomatum, de locis affectis, methodum  
Ὁραπὸν κλῆδῶν, & ad Glauconem, & commen-  
tariis



L E C T I O

tarios in scripta Hippocratica, ordine à studiosis  
Medicinæ cognosci oportet.

In ΜΑΤΗΜΑΤΙΣ, Ptolemæi, μεγάλη  
ἀσώταξις, summum totius Philosophiæ &  
sapientiæ humanæ fastigium est.

In ΓΕΟΓΡΑΦΙΑ, Ptolemæus et Stra-  
bo præcipuè legantur, cuius libri simul omnes  
ferè Homericæ poëmatis locos chorographicos  
commentarijs illustrant.

In HISTORIA Græca & Latina, Hero-  
dotus, Thucydides, Vitæ Plutarchi, Xenophon,  
Diodorus Siculus, Pausanias, Polybius, Liui-  
us, Cæsar, Salustius, Suetonius, Tacitus, &c.

EX ΠΟΕΤΙΣ, Homerus, Hesiodus, Euri-  
pides, Sophocles, Pindarus, Theocritus, Aratus,  
Oppianus, & apud Latinos, Virgilius, Horati-  
us &c.

In Grammatica Latina, Priscianus & Li-  
nacer.

In Dialectica, Aristoteles, Iohannes Stur-  
mius, Rodolphus Agricola.

In Rhetoricis, Quintilianus, Cicero, Ari-  
stoteles, & Hermogenes.

In Grammatica Græca, Urbanus & Theo-  
dorus Gaza.

In Ebræa, Munsteri opus consummatum  
&c.

Ad



A V T O R V M.

*Ad studium rectè dicendi & scribendi Epistolas, Orationes, & explicationes quæstionum methodicas, quarum nunc in Ecclesia & præsentis forma Reipublicæ maximus vsus est: in primis singulari cura et diligentia relegi, addito observationis & imitationis studio, conducet Ciceronis scripta, et præcipuè Epistolarum libros, Officia, Librum secundum de Natura Deorum, Primam et quintam Tusculanam, etc. Et orationes aliquot insigniores, etc.*

*Sed qui Autores in singulis artium ac studiorum generibus præcipuè legi ac relegi debeant, postea suo loco monebo.*

*Cum autem in hac naturæ humanæ inconstantia et volubilitate, adolescentibus in primis difficilimū sit, vni alicui Autori vel cogitationi diu immorari: et omnes varietate delectentur: plurimi etiam eruditionis famam ex promiscua et tumultuaria multorum librorum lectione aucupentur: doctissimorum aliquot virorum testimonijs ostendam, Non prodesse, imò perniciosam esse, promiscuam et variam Lectionē, per omnes autores sine delectu grassantem: Quæ nec ad  $\epsilon\upsilon\omega\sigma\tau\eta$  seu rerum cognitionem et iudicium confirmandum prodest, dum sine discrimine omnes et inter se dissimi-*

C les



L E C T I O.

les ac varias sententias de rebus congerit: nec ad Δύαμιρ ἰσχυρῶς ἄλλωσιν conducit, quia non ad minus disertis auctoris diligentem imitationem se componit.

Itaq; Plinius librò 7. Epistolarum grauissimè præcipit, NON MVLTÀ legenda esse, SED MVLTVM, hoc est, suos cuiusq; generis artium Autores optimos & paucissimos, sæpè multumq; relegendos esse, vt penitus omnes eorum sententias, & verba nobis familiarissimè nota reddamus.

Item Seneca præcipit lib. 6. Epistola 45. Non refert quàm multos libros, sed quàm bonos habeas. Lectio certa prodest, varia deletat. Qui, quò destinavit, peruenire vult, vnã sequatur viam, non per multas vagetur. Non ire istud, sed errare est.

Item lib. 1. Epistola 2. Certis ingenijs immorari & innutriri potest, si velis aliquid trahere, quod in animo, iacetiter sedeat, Nusquam est, qui vbiq; est. In peregrinatione vitæ agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properantes transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumtus emittitur. Nihil æquè sanitatem



uitatem impedit, quam remedium crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in qua crebra medicamenta tentantur. Non conualefcit planta, quæ sæpius transfertur. Nihil tam utile est, quod in transitu proficit. Distrabit animum librorum multitudo. Itaque cum legere non possis, quantum habueris, sat est habere quantum legas. Sed modò, inquis, hunc librum euoluere volo, modò illum, fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi varia sunt et diuersa conquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege, & si quando ad alios diuertere libuerit, ad priores redi. Et cum multa percurreris, vnum excerpe, quod illo die concoquas, &c.

Hunc insignem Senecæ locum adscripsi integrum, quia & admonitionem de studijs, & ratione legendi vtilissimam continet, et sex venustissimis ac dulcissimis similitudinibus eam illustrat. Quare iuniores hortor, vt totam illam Senecæ Epistolam discant & memoria mandent.

Idem Quintilianus præcipit, lib. 10. Vt cibos mansos ac propè liquefactos demittimus, quò facilius digerantur: Ita LECTIO, non cruda, sed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoria imitationique tradatur: ac **DIV**, non nisi **OPTIMVS** quisq;, & qui **creden-**



L E C T I O

credentem sibi minimè fallat L E G E N D U S  
est, sed D I L I G E N T E R & penè ad scribendi  
solicitudinem: Nec per partes modò scrutanda  
omnia, Sed P E R L E C T V S L I B E R vtiq̃  
E X I N T E G R O R E S V M E N D V S: præci-  
pueq̃ oratio, cuius virtutes frequenter ex indu-  
stria quoq̃ occultantur.

Extant etiam de hac ratione veterum scri-  
pta utiliter legendi, insignis Philippi oratio, in  
principio secundi Tomi declamationum, quam  
diligenter studiosi cognoscent.

Sit igitur hoc secundum præceptum de  
L E C T I O N E, vt adolescentes, in hisce studiorũ  
imitijs, certos quosdam & paucos, eosdemq̃ opti-  
mos Autores præ cæteris sæpè multumq̃ legant,  
& penitus cognoscant.

Quo præcepto, non ab omnium aliorum  
Autorum lectione, omnino deterrentur studio-  
si, sed certum veluti domicilium & sedem per-  
petuæ ac certæ Lectionis dirigere iubentur, in  
qua familiariter & assiduè habitent: & ad  
quam redeant, cum ad aliorum Autorum, Poë-  
tarum, & Historiarum lectionem expaciatũ  
sunt. Nam, vt Martialis inquit,  
Quisquis vbiq̃ habitat, maximè nusquam ha-  
bitat.

Et Xenophon grauissimè inquit lib. 8. τὰ αἰεὶ  
αἴ, Fie-



æ, Fieri non posse, vt simul multa quispiam faciat, eademq; omnia benè faciat.

T E R T I O. Meminerint studiosi, in L E C T I O N E T O N O R V M A V T O R V M, hæc T R I A præcipuè O B S E R V A N D A esse.

Primùm, Doctrinam de R E B V S ipsis, quas Autor tractandas suscepit. Ideò enim studia literarum colimus, vt de rebus diuinis ac humanis, rectè sentire ac iudicare: & ea, quæ sentimus, commodè eloqui possimus. Initiò igitur de quolibet scripto cogitandum est, ad quam classem Artium, seu ad quam partem Philosophiæ pertineat: Qua de re lectorem docere scriptor velit, quis sit status seu Propositio libri, quam titulus plerunq; indicat, Quæ sint principalia Membra & argumenta accommodata ad locos eius generis Causarum, ad quod scripta pertinent.

Vt in lectione Officiorum Ciceronis, primùm cogito libellum illum esse partem Philosophiæ Moralis seu Ethices: Statum esse doctrinam de Officijs omnium virtutum, Et pertinere ad genus Didascalicon. Itaq; iuxta seriem locorum generis Didactici principalia membra excerpo & memoriæ infigo. 1. Quid sit Officium. 2. Quæ sint partes officij, videlicet,



L E C T I O.

*Prudentia, Iusticia, Fortitudo, Temperantia. 3. Quæ sint singularum virtutum definitiones & diuisiones. 4. Quæ causæ, qui effectus, quæ cognata, quæ vicia singulis proposita seu pugnantia. Intra horum locorum metas tota explicatio doctrinæ de Officijs in primo libello versatur.*

*Secundò. Loci illustriores, & lectæ aliquæ ac insignes sententiæ, tanquam flores decerpi, & velut Regulæ iudicij, & normæ consiliorum & actionum vitæ, edisci, & memoriæ insigi debent.*

*Tertiò. Vniuersa orationis series ac Phrasis, illustria & lecta verba, insignes figuræ, exempla narrationum, aptæ amplificationes, & compositio concinna, adhibito obseruationis & imitationis studio, consideranda est. Quæ de re in explicatione præceptorum Rhetorices et Stili exercitijs plura monentur.*

*QVARTO. Ut loci autorum illustriores et lumina sententiarum, Exemplorum, similitudinum, verborum, phrasium & figurarum insignium, facilius memoriæ insigi queant: & ad vsum quocunq; tempore prompta & parata sint: valdè vtile est, LOCOS COMMUNES præcipuarum artium, certo ordine distributos habere, ad quos omnia, quæ audiunt aut in au-*  
torum



## AUTORVM.

eorum scriptis legunt, studiosi memoria digna annotent: & velut in classes certas distribu-  
ant. Ita & index in præcipuos autores, &  
TENVI instruetur, ex quo depromere studiosi,  
cùm de ea re aliqua dicendum aut scribendum  
erit, ingentem copiam optimarum rerum, sen-  
tentiarum, similitudinum, Historiarum etc. po-  
terunt. De hac ratione instituendi Locos com-  
munes Philosophicos, vtilem admonitionem in  
præceptis Rhetoricæ inuentionis recitavi, quæ  
ad hunc locum reuocari potest.

QVINTO. Cùm in lectione Autorum,  
difficilior aliquis aut obscurior locus occurrit,  
non propterea subsistant legentes, aut planè li-  
brum abijciant: Sed notato ad marginem aut in  
charta loco obscuriore, progrediantur. Nam  
plerunq; posterior lectio priorem docet.

SEXTO. Inter præcepta de ratione utili-  
ter legendi bonos autores, hoc quoq; considera-  
ri prodest, vt studiosi, quemcunque librum le-  
gere incipient, non prius ex manibus deponant,  
quàm diligenter eum ad finem vsque perlege-  
rint. Multi enim adeò delicatè & fastidiosè  
in legendis autoribus versantur, vt, cùm sine  
præceptorum consilio, & nulla ordinis studio-  
rum ratione habita, temerè autorem aliquem



STILVS.

privatim legendum in manus sumserunt, tamen vix duabus aut tribus pagellis perlectis mox deponant, & alium librum, iam Poëtam, iam Historicum, iam Epistolas, iam Orationes legere incipiant, nec quicquam ad finem perducant. Hæc fastidiosa legendi ratio, quantumvis magna assiduitas præstetur, tamen ad veram et solidam eruditionem comparandam planè inutilis est.

V.

STILVS.

PRæcipua & vtilissima, & maximè, tum ad dicendi, tum ad iudicandi facultatem parandam, necessaria studiorum pars est, Dilgens & assidua STILI EXERCITATIO, qua sola ferè conficiendum sibi & assequendum esse studiosi sciunt, quicquid in studijs laudabile se adepturos sperant. Itaque hunc quantumvis in initio molestum & insuavem vertendi stili seu scribendi laborem, velut præcipuam studiorum partem, & sine qua nihil ex omnibus reliquis discendi laboribus veræ & eximie utilitatis sperari potest, diligentissimè & assiduè adolentes suscipiant: qui utilitatum amplissimarum vbertate & pondere difficultatem omnem facile compensabit. Cùm enim duo sint  
 omni-



STILVS.

omnium studiorum fines præcipui, vt rectè de rebus diuinis ac humanis, iudicare & loqui possimus: Vtramq; facultatem Stilus præcipuè auget & confirmat. Nam scribendi cura & exercitatio per sese ingenia studiosorum acuit, & vegetiora ac magis perspicacia, & in omnia, quæ ad iudicandum & dicendum proponuntur, intenta reddit, quæ alioquin nullo labore ingenioso excitata planè hebescerent & torperent.

Deinde, cùm natura cohæreant, & amicè coniurent, vt Horatij verbo vtar, Sapientia & Eloquentia: necesse est ad Exempla optimorum autorum, qui & prudentissimè & elegantissimè scripserunt, stilum nostrum dirigi, vt hac ipsa lectione & consideratione præstantium autorum, quos nobis ad imitandum proponimus iudicium & Mentis nostras de maximis rebus simul informemus.

Postea in omnibus causis sapientius & rectius iudicare de rebus & de scriptis alienis possunt, qui ipsi stilum diligenter exercuerunt: Et in negocijs facilius inuenire ad causam pertinentia, & commodius ea disponere, & intra certas metas totam explicationem continere: Et decori, pro ratione personarum, temporum,



locorum, rationem prudentius & aptius habere possunt.

Ac ad totam dicendi facultatem, quæ alter studiorum nostrorum finis est, & ad orationis copiam parandam, nulla res in vniuersum plus affert vtilitatis, quàm diligens & assidua & quotidiana STILI tractatio, quem optimum & præstantissimum dicendi effectorem ac magistrum esse in primo de Oratore Cicero scripsit: nec destitit ipse, cùm omni genere exercitationis, tum maximè stilo, & ingenij vigorem ac prudentiam augere, & rectè ac ornatè dicendi facultatem locupletare.

Cùm autem DE MODO ET MATERIIS exercendi stili, eruditissimæ & vtilissimæ commonefactiones extant apud Fabium Quintilianum libro 10. capite 3. 4. & 5. Et apud Plinium lib 7. Epistola ad Fuscum: hortor adolescentes, vt eas diligenter & attentè legant, & in formandis studijs & assidua scribendi exercitatione sequantur.

Recitat autem Quintilianus de vsu Stili ordinè hæc octo præcepta.

1. Sæpè ac multùm & ferè assiduè scribendum esse. Vt enim Apelles, cum aliquo die nullum suæ artis opus fecisset, veluti deplorans iacturam diei, dicere solebat, σήμερον οὐδεμίαν

ἔγραψα.



S T I L V S.

ἄμυλὸν ἡγάγῃ: Hodie nullam lineam duxi: Ita adolescentes nullum diem elabi sinant, quo non aliquid temporis in scribendi exercitatione conferant, & vel tres aut quatuor solummodo lineas scribant quotidie, vel certe singulis hebdomadis duos dies ferè totos in stilo versando consumant.

2. Deinde, Non precipitetur stilus, nec tam celeriter & expedite, quam benè & eleganter scribendi cura adhibeatur. Satis enim celeriter fit, quicquid fit satis benè, ut Augustus dicebat. Quare iustum tempus stilo singulari & diligentia formando, ad imitationem eorum, qui purissime & elegantissime locuti sunt, Adolescentes tribuant. Et vulgare hoc ad impurum, et agreste etiam, ac mendosum orationis genus, vacans omni cura munditie & proprietatis ac elegantie, quod plerique usu tantum & consuetudine obiter assecuti sumus, imitatione rectè loquentium, & adhibito etiam longiore commentandi spacio, corrigamus & emendemus. Nam, ut Quintiliani verbis utar, Citò scribendo non fit, ut benè scribatur: Benè scribendo fit, ut citò. Itaque sit primò, vel tardus, dummodo diligens stilus.

3 Nec tamen sit nimia diligentia & præter modum anxia sollicitudo: sed suæ naturæ & ingenij



STILVS.

genij vires singuli considerent, nec melius dicere aut scribere velint, quam possunt. Nec, silentius succedat scriptio, aut parum respondeat proposito exemplo eorum, qui elegantissimè & propriissimè locuti sunt, desperatione quadam, vt nonnulli statim abijciant stilum, & infelicitatem sui ingenij deplorent: sed contenti sint eo, quod assequi possunt, & cogitent, in re magna, Esse aliquid prodire tenus, si non datur ultra, Et mediocres etiam dicendi ac scribendi artifices, magno Ecclesiæ Dei & Reipublicæ, vsui ac ornamento esse.

4. Plurimum autem ad scribendi facultatem & orationis copiam, prodest solida & perfecta causæ seu rei, de qua dicendum est aut scribendum, cognitio. Nam ex rerum cognitione efflorescat, & reduntet oportet oratio, vt apud Ciceronem dicitur. Et Horatius inquit.

Scribendi rectè sapere est & principium & fons,

Verbaq; præuisam rem non inuita sequentur.

Est autem rerum doctrina ex ijs artibus petenda, ad quas argumenta stilo explicanda, pertinent: vt ex Theologia, concionum & explanationum sacrarum materia sumenda est: Ex Ethicis & Iuris prudentia, cognitio virtutum & officiorum ciuiliū, & dijudicatio controversiarum.



STILVS.

uersiarum forensium. Ex Physicis, scientia naturæ rerum. Ex dialecticis, rationem vnã ex alia inueniendi, & apto ordine distribuendi, & copiosè ex fontibus locorum dilatandi, &c.

5. De loco etiam exercendi stili solitario & silenti: & de bona valetudine tuenda, & FRUGALITATE præcipit, quæ ad omne genus studiorum ac negociorum, & in primis ad intentionem animi, in inuocatione, & scriptione præstandam, necessaria est. Nam Ebriosis etiam cum ieiuni sunt, nec mente nec corporibus acerrimum laborem intentæ cogitationis, & lucubrationum præsertim matutinarum sustinere possunt. Consuetudine enim insanicæ, vt Seneca ait, durata vicia vino concepta, etiam sine vino durant: & alioquin,  $\pi\alpha\chi\epsilon\acute{\alpha}\ \gamma\alpha\sigma\eta\varsigma\ \lambda\epsilon\pi\tau\acute{\omicron}\rho\ \delta\upsilon\ \tau\iota\kappa\tau\epsilon\ \nu\omicron\omicron\rho$ : Et: Corpus onustum Hersteris vicij animũ quoq; prægrauat ipsum, Atq; affigit humi diuinæ particulam auræ: vt Horatius inquit.

6. Monet etiam adolescentes, qui stilum exercent, vt vacuas pagellas, è regione earum, in quibus scribunt, & spacia, quæ versus dirimunt ampliora relinquunt, in quibus vel ipsi scriptores quædam adijcere aut mutare, & accuratius retexere vel emendator ea, quæ videntur, annotare possit.

Iudi-



*Judicatur autem ab eruditis, hoc Emendandi genus simplicissimum & optimum esse, Ut initio, insignibus tantum erratis verborum & figurarum sermonis statim mutatis: Atque etiam apud prouectiores, ijs, quæ ad inuentionem & collationem, & verborum ac figurarum & compositionis elegantiam pertinent, comiter ostensis: Emendator, illud ipsum argumentum, quod discipuli tractarunt, proprio studio ac diligentia præclarè retextum, ac elaboratum: vel, quod melius est, in veteri aliquo autore laudato expositum, velut exemplar & speculum illis proponat, in quo cernant, quid suo operi desit, & quantum ab eximia illa & laudabili forma discrepet, & qua ratione exemplum illud propositum effingere atque assequi scribendo ipsi possint.*

*De MATERIIS verò, Quas stilo studiosorum tractari & exponi potissimum conuenit: Etsi verum est, hisce Reipublicæ temporibus, Epistolarum, & Orationum, & Methodi scholasticæ potissimum usum esse: Ideoque, in hisce generibus potissimum elaborari debere: tamen nunc eo ordine, qui apud Fabium et Plinium in locis paulò antè notatis extat, breuiter dicemus.*

*TRIMVM & vtilissimum exercitatio-  
ni*



S T I L V S.

nis genus est, Vertere insignes narrationes, fabulas, historias, Epistolas, vel alios illustres autorum locos, ex Græca in Latinam, aut ex latina in Græcam: vel quod nostris pueris, quibus non est Latina lingua, vt Ciceroni aut Fabio, materna & natiua, magis initiò conuenit, ex Latino sermone in Teutonicum, & vicissim in Latinum transferre. Proponi itaq; pueris initiò possunt vertendæ elegantes & festiuæ narrationes, vt de rebus gestis Arati Sicyonij in 2. officiorum, de annulo Gygis, & de Cannio emente hortos Syracusanos ex tertio officiorũ. De Simonide apud scopã cœnante, ex 2. oratore. De duobus Arcadibus, & Eudemo Cyprio, ex 1. de diuinatione. De fratribus Philenis apud Salustium. De continentia Scipionis apud Liuium Dec. 3. lib. 6. Item Epistolæ aliquot breues, Fabellæ, γυναικαὶ & ἕξια illustres.

Qui verò ætate & doctrina prouectiores sunt, ex Græcis autoribus illustres & amœnos locos, Latinis verbis exprimere & reddere studeant; vt qui Herodotum hæctenus prælegi audiuerunt. Orationes de tribus formis politiarum ex lib. tertio: Orationem Artabani dissuadentis Xerxi bellum, & alias, ex libro 7. Colloquium Socris & Cræsi, Historiam nati,  
expo-



STILVS.

expositi et seruati Cyri infantis. Historiam de Cambise detrahente iudici δωροφάγος cutem, et similes, Latine interpretentur.

Hoc genere exercitationis, et iudicium ac intelligentiam autorum, et facultatem explicandi idoneis verbis animi sensa, et verborum proprietatem ac delectum, & figurarum varietatem, et prudentiam rectè iudicandi de aliorum scriptis, et de multis vitæ partibus, sibi parabunt.

Nec verò superstitiosè in transferendis Græcis, verbum ex verbo sibi exprimendum putent: sed genus tantummodò, vimq; verborum omnium seruent: et sententiam per singulas clausulas animo comprehensam, ita explicare phrasi Latina propriè & disertè studeant, perinde ac si non ab alio inuenta, verùm à se ipsis excogitata sententia, verbis Latinis exponenda esset.

Cuius rei efficiendæ rationem in Ciceronis potissimùm exemplis adolescentes obseruent, qui Platonis Timæum, et alios multos ex Phædone, Apologia, Phædro, Libris de Legibus, et de Republica Platonis, et quosdam Xenophonis locos integros in Latium sermonem conuertit. Quos sedulò et attentè inter se coniungere et conferre, plurimùm ad vtriusq; lingua



S T I L V S.

guæ facultatem & copiam profuturum est.

Sunt & nostro seculo conuersiones Auto-  
rum, ex Græca lingua in Latinam, summa cum  
felicitate & laude à viris doctis elaboratæ,  
quarum exempla intueri & imitari prodest,  
vt Herodiani translatio ab Angelo Politiano  
venustissimè expolita. Multa Aristotelis scri-  
pta à Perionio elegantur Latinè expressa. Ga-  
leni libri de temperamentis, de sanitate tuenda,  
de curandis morbis, à Thoma Linacro felicissi-  
mè redditi. Historia animalium, et de partibus  
ac generatione animalium libri Aristotelis ve-  
rè aurei, à Theodoro Gaza conuersi. Multi eti-  
am Plutarchi, Luciani & aliorum libelli, ab  
Erasmo & alijs versi, de quibus hoc in loco pro-  
lixius dici non est necesse.

Vertent autem studiosi, non tantùm linguæ  
vnius scripta in aliam: sed etiam insignes poë-  
matum locos, vt Orationes Vlyssis & Aiæ  
ex libro 13. Metamorphoseon, aut Carmentæ  
consolationem ad Euandrum in primo Fasto-  
rum: vel Fabulam aliquam, aut alias quascunq;  
narrationes, prosa oratione reddent: quod Lau-  
rentius Valla & Raphaël Volaterranus in to-  
to Homeri poëmate præstiterunt. Et rursus  
orationem solutam carminibus & numeris illi-  
gabunt & astringent, vt Virgilium perhibent

D

Totam



STILVS.

totam *Aeneida* initio *prosa oratione* descripsisse. Et nostra *ætate Eobanus, Fabricius & alij* *sacra cantica, & historias ac dicta scripturæ præcipua* *carminibus luculentis* expresse-  
runt.

Tertium *vertendi genus à Quintiliano* ponitur *PARAPHRASIS*, quæ *illustres præstantium autorum locos aut orationes & scripta* *integra, stilo suo ita retexit*, ut eandem *sententiã* *alijs verbis propriè et perspicuè reddat*, ut *Ciceronis orationem pro Archia & Marco Marcello, Philippus: & Aiæ ac Vlyssis orationem, Sabinus, breui paraphrasi* exposuerunt.

Quæ *verò breuius interdum ac obscurius, & confusius ab Autore dicta sunt*, ea *paraphrastes ordmè disposita copiosius et magis perspicuè explicat, similibus etiam & exemplis & rationibus, & circumstantijs, & alijs amplificandi figuris, aptè & parcè adhibitis*, ut *Plinij præfationem in Historiam Mundi, erudita paraphrasi Philippus illustravit. Aristotelis libros Analyticos & Physicos Themistius, qui circa Annum Christi 370. floruit, Et feliciter nostra ætate libros Noui Testamenti Erasmus exposuit. Hoc genus exercitationis mirificè ad intelligendos autores bonos, & ad verborum copiam.*



S T I L V S.

*copiam, & ad perspicuitatem, quæ præcipua orationis virtus est, conducit.*

*Quartò, Non aliena tantùm transferre, sed etiam nostra scripta retexere, & plurimis modis variare Fabius iubet, vt sicut eadem cera aliæ atq; aliæ formæ duci solent: ita eadẽ sententia subinde commutatis verbis ac figuris effertur. Huius exercitij exempla inter Maronis Epigrammata extant. Et Ciceronem memorant cum Roscio certasse, an ille sæpius eandem sententiam nouis gestibus, an verò Cicero mutata orationis forma, representare posset. Sæpè etiam nostra ætate, easdem materias & totius doctrinæ Theologicæ corpus retractauit Præceptor Philippus.*

*Quintò, γνώμας seu sententias tractare iubet, quæ sunt breuia dicta, continentia sapientem & eximiam aliquam commonefactionem de moribus, de præmijs virtutum, de viciorum pœnis, & alijs in vita euentibus. His cum nomina autorum adduntur, ῥηὶα appellari solent, quia vsum multiplicem, & eum quidem eximium in oratione habent.*

*Monet autem Aphthonius, Rationem tractandi ῥηὶα & γνώμας hisce metis contineri, vt primùm autor vel sententia ipsa breui encomiõ celebretur. Deinde paulò pluribus*

D 2 per



S T I L V S.

verbis sententia & vsus illius explicetur. Postea causis, antithesi, similitudine, exemplis & testimonio veterum confirmetur. Tandem Epilogo breui concludatur.

Sextò, De Theſibus & locis communibus stilo tractandis præcipit: ex quibus, velut ex fonte, summa ferè laus eloquentiæ emanat. Ornatissimæ sunt enim orationes eæ, quæ ad Theſin referuntur, et quæ, vt apud Ciceronem Crassus loquitur, à priuata & singulari controuersia, se ad vniuersi generis vim explicandam conferunt et conuertunt. Nam in omnibus causis, & argumenta ac nerui, & sententiæ ac verba, & omnis orationis copia, ex locis communibus præcipuè nascuntur.

Quare, & singularum artium, & in primis Ethici loci virtutum & viciorum, et aliarum rerum in communi vita vsitatissimarum, diligenter & integrè iuxta seriem locorum methodi Dialecticæ cognoscantur, & oratione ac stilo nostro explicentur.

Nec verò alias declamationum scholasticarum, de quib. septimo loco Fabius præcipit, materias eligere vberiores aut vtiliores studiosi poterunt. Sed de tota ratione scribendi declamationes, Epistolas, Historias, dialogos, quorum eodem in loco fit mentio, in Rhetoricis traditur.

Nunc



S T I L V S.

Nunc studiosos hortor, vt postremum imprimis Fabij præceptum obseruent & sequantur, de carminibus ludendis, non tantùm remissionis & voluptatis causa, sicut athletæ interdum ocio & iucundioribus epulis refici solent: Sed etiam, quia ad solutæ orationis facultatem laudabilem, imprimis versuum faciendorum exercitatio magnum adfert adiumentum. Nam qui Poëticen attigerunt, & versus ipsi componunt, maiorem curam & diligentiam adhibent in verborum delectu, in figuris, in compositione numerosa: rectius intelligunt figuras, & totam rationem loquendi in aliorum disertorum scriptis: eaq; intellecta rectè imitari facilius possunt. Econtrà verò fastidium & neglectionem poëtices, comitatur ignoratio magnæ partis Grammaticæ, & in scribenda etiam soluta oratione, incuria & desidia, & tandem omnium literarum humaniorum inscitia & barbaries extrema.

Hæc de præcipua et maximè necessaria studiorum nostrorum parte, videlicet de assidua & diligenti exercitatione scribendi, monere hoc in loco prolixius volui, vt adolescentes, ad hanc, non perinde difficilem atq; salutarem, assiduæ scriptiois diligentiam, in qua omnis stu-





S T I L V S,

diorum nostrorum profectus præcipuè positus est, imitare.

Extat autem tum de paulò antè indicatis, tum de alijs etiam stili exercendi materijs, eruditissimus Ioachimi Camerarij libellus, cui titulus est *Capita exercitiorum studij puerilis, ad comparandam vtriusq; linguæ facultatem, collecta, &c.* Quem veræ eruditionis & laudis Studiosi diligenter cognoscere & sequi debent.

Postremò adhortor studiosos, vt præcipuè elaborent in Epistolis, & Orationibus, & methodicis explicationibus rectè componendis. Nam hisce generibus stili, in præsentè Reipub. & Ecclesiæ statu, res præcipuæ & grauissimæ potissimùm tractantur.

Cùm autem Imitatio iuncta assiduæ & penè quotidianæ exercitationi, imprimis artifices efficiat: proponent sibi, & diuturna nocturnaq; manu versabunt studiosi, certa quædam et utilissima Ciceronis scripta, vt Epistolas, Officia, primam & quintam Tusculanam, de Natura Deorum, de Diuinatione, de Legibus, de oratore & orationes aliquot selectas. Quorum similitudinem aliquam effingere & exprimere imitando, in scribendis Epistolis, & methodica explicatione disputationum, & in omni oratione



tione annitentur studiosi, quantum diligentia  
& studio, in hac communi nostra imbecillitate  
consequi possunt.

Etsi autem de tota ratione imitandi præ-  
stantium autorum scripta, in prælectione Rhe-  
torices tradi adolescentes audiuerunt, tamen  
hanc breuem & vtilem admonitionem hoc in  
loco repetendam duxi: Studium & curam imi-  
tandi, tribus partibus constare, Quarum Pri-  
ma obseruat illustria et præclara bonæ orationis  
exempla, atq; ex his pauca & optima, ad imi-  
tandum proposita, sibi familiarissimè nota red-  
dit.

II. Operam dat, vt exempla illa & eorum  
fabricationem, & artem ac modum, quo illa  
confecta & elaborata sunt, rectè & integrè  
intelligat. Id Analysis potissimùm efficit, quæ  
orationem seu scriptum, quod suscepit legen-  
dum & imitandum retexit, & in suas partes  
resoluit, & singulas ad præcepta & leges artis  
diligenter examinat. Prima autem Inventionis  
& dispositionis seu rerum analysis est, in qua,  
Quæstio primùm, seu propositio principalis:  
Deinde membra præcipua et argumenta, &  
loci, ex quibus ducta sunt: Tum dispositio sin-  
gularum partium, & argumentorum, ad leges  
artis expenduntur. Altera est ipsius orationis



## STILVS.

Et Periodorum ac sententiarum analysis, quæ  
et verba singula, eorumque significationes et  
pondera, et Synonymorum discrimina, et præ-  
cipuæ phrasæ Latine ex reliquo corpore ora-  
tionis resoluuntur: et ad certos locos commu-  
nes, ordinè digestos, aptè referuntur, in quibus  
veluti receptaculis, adulescentes, verba et phra-  
ses Latinas inueniant, quas in dicendo et scri-  
bendo, de quibuscunque rebus, cum laude  
vsurpent.

Hæc ratio dissoluendi, ac ad ordines certos  
reducendi verborum genera et sententiarum  
formas mirificam vtilitatem affert, tum vt Au-  
tor, quem nobis ad imitandum proposuimus, et  
verborum singulorum significationes et pon-  
dera melius intelligantur: Tum verò, vt nostra  
oratio aliquam vetustæ Latinarum consuetudi-  
nis similitudinem referat et redoleat. Cuius  
similitudinis efficiendæ, tum in rerum tractati-  
one, tum in verborum, phrasæ et totius oratio-  
nis compositione studium et cura, postremum  
imitationis munus est. De qua in Rhetoricis  
integrè dicitur.

## VI. PRONVNCIATIO.

Cum



P R O N U N C I A T I O .

**C**UM finis studiorum sit, ut rectè de rebus sentire ac iudicare, & quæ sentimus commodè eloqui ac pronunciare possimus: manifestum est, Linguae etiam ac pronunciationis exercitium, inter cæteras studiorum partes, et assiduè suscipiendum esse, ijs præsertim, qui vel in templis conciones habere, vel in foro causas agere, vel in consilijs Sententiam dicere, aut alibi inter homines verba facere non ineptè constituerunt. Nam qui hæc linguae exercitia in iuuenili ætate neglexerunt, hi postea ad functiones publicas adhibiti, cum in cœtu hominum frequentiore habenda est ratio, vel planè obmutescunt, vel de formi trepidatione perturbati subinde hærent ac titubant, vel ineptè gesticulantur, vel alioquin rusticè, obscurè, indistinctè, præcipitanter verba effutiunt.

Hisce vitijs ut tempestiuè obstent et medeantur studiosi, primùm ipsi priuatim, vel in aliquo mediocri cœtu, insignes autorum locos, vel alia quæ edidicerunt, vel oratiunculas à se compositas, expressa & distincta, ac clara voce, recitent. Deinde ament examina & disputationes, & alios congressus & colloquia eruditorum, in quibus præter reliquas utilitates gravissimas, pronunciatio etiam seu vox & gestus di-



## PRONUNTIATIO.

centis formatur, & animus præsens ac firmior redditur, & ipsa dicendi facultas & extemporalis facundia augetur et confirmatur. Quam ad rem plurimum hæc quoq; exercitatio adiumenti adfert, si studiosi historias vel fabellas, vel alia quæ legerunt aut audiuerunt, alijs narrent, tum condiscipulis suis Latine, tum alijs lingua vernacula: Et contentur non minus ipsi lepidè & elegantur ea referre, quàm audierunt aut legerunt.

Etsi autem vox bona, suavis, firma, ornatæ & apta, imprimis naturæ beneficium est: tamen exercitatione, temperantia, cura et diligentia, emendari quædam vicia, et bona augeri, confirmari et retineri possunt.

In vniuersum itaq; operam dent studiosi, ut vox pronunciantis sit clara, emendata, distincta, suavis, apta rebus, & toto genere tarda, sicut Ciceronem quoq; solitum esse tardè pronunciare scribit Seneca. Gestus et totius corporis habitus, sit verecundus, grauis, sedatus ac placidus.

## VII.

## EXAMINA ET DI-

## SPVTATIONES.

Plu



EXAMINA.

PLurimum etiam utilitatis et adiuventi  
 ad veram et solidam eruditionem compa-  
 randam, EXAMINA seu CATECHE-  
 SES adferunt, in quibus discentes, ea, quæ vel  
 in lectionibus publicis audiuerunt, vel privato  
 studio legerunt, interrogati vicissim reddere  
 solent. Hoc consilio gradus et velut classes  
 studiorum in scholis instituti sunt, ut EXA-  
 MINIBVS diligentia et cura, exactè et so-  
 lidè cognoscendi ea, quæ ad discendum proponi  
 solent, exuscitetur: ne Adolescentes oscitanter  
 et solutè in studijs oberrantes, extremis tan-  
 tum labijs varia degustent, sed certo ordine in  
 artibus vitæ necessarijs & vtilibus, rectè &  
 integrè percipiendis, contineantur. Formant  
 igitur hæc catecheses & limant iudicium: acu-  
 unt vim & celeritatem ingenij: memoriam  
 promptiorem ac firmiorem reddunt: linguam  
 expoliunt, & facultatem loquendi et facun-  
 diam extemporalem alunt: Formant pronun-  
 ciationem in moderanda voce, vultu, et vitan-  
 dis gestibus ineptis: Assuefaciunt ad comita-  
 tem, & communicationem sermonis & suavi-  
 tatem congressuum & colloquiorum in omnè  
 vita: Eximunt animis arrogantiam & philau-  
 tiam, & vanam doctrinæ & sapientiæ eximie  
 persuasionem, quæ perniciosissima studiorum  
 pestis



pestis est, ut verè dixit Seneca: Multos ad veram sapientiam & eruditionem peruenire potuisse, nisi se iam peruenisse putassent. Deniq; amplissimas utilitates alias nostris studijs & moribus asserunt: Quibus meritò moueri & inflammari adolescentes ad examen & repetitionum Scholasticarum amorem & emendandum pudorem peruersum oportebat: Quo inscitiam suam retegere verentes, in perpetuis ignorantiae tenebris malunt multò maiore cum dedecore, et sua ac aliorum perniciose versari, quàm errores & inscitiam animis infixam corrigere, & veram ac solidam eruditionem comparare. Meminerint itaq; studiosi sapientissimam Plutarchi admonitionem, οὐ μόνον πολλά ἀπατηθῆναι διζήμιλον ἔμριλαι ἐσθλόν, ἄλλα καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλά καὶ ἀδοξῆσαι, καὶ σκώμματα καὶ βωμολοχίας ἀναδεξάμενον, ὥσαύτῃ παντὶ τῷ θυμῷ καὶ καταθῆσαι τὴν ἀμαθίαν.

DISPUTATIONES etiam seu placidæ sententiarum & argumentorum collationes, illustrandæ & explicandæ veritatis causa institutæ, multiplices discentium studijs utilitates adferunt. Primum enim in singulis artibus, ad inquisitionem & confirmationem veritatis



DISPUTATIONES.

tatis, cuius cura Scholis præcipuè commendata est, plurimum hæc συζήσις, seu collatio prodest, cum multi, & inter hos aliqui eruditi, suas cogitationes & argumenta conferunt, & ad amussim seu normas & κριτήρια certitudinis, dextrè accommodant & expendunt atque ita veras, rectas & certas sententias, à falsis et incertis segregant & secernunt. Id enim propriè significat disputare, velut resectis & amputatis inutilibus & falsis, veras sententias retinere, & puras ac illustres reddere: ut cum vites putantur, inutilia sarmenta recidi, & palmites fecundi putari solent & mundari. Deinde cum in disputationibus cernunt adolescentes, quid opponi veris sententijs possit, & quomodo contraria sint diluenda: tum in agnita veritate facilius ac firmiter acquiescunt. Præterea multifariam hæc collatio, ingenia discipulorum acuit, eaq; vegetiora, et magis alacria & perspicua reddit, sicut ferrum ferro acui, & ex duorum silicum attritu ignis antea latens exuscitari et elici solet. Format iudicia de gravissimis rebus, quæ sumtæ ex optimis artibus in disputando illustrantur. Assuefiunt in hoc disputandi exercitio adolescentis ad Dialecticam, cuius præcepta ad usum in veritatis illustratione, dextrè discunt transferre. Indu-

unt



## DISPUTATIONES.

unt celeritatem in repetendis & explicandis aliorum sententijs & orationibus, quam in omni vita, & præcipuè in deliberationibus et alijs hominum congressibus & colloquijs plurimum prodesse manifestum est. Moribus etiam prodest, assuescieri ad confusionem animi discutendam, ad frenandam iracundiam, ad verecundiam & modestiam in regendis gestibus, ad comitatem & affabilitatem, & cætera officia humanitatis in omni vita. Propter has tantas utilitates colloquia disputationum à studiosis amanda, & omnibus officijs fouenda sunt, qui non rixarum vel alendorum odiorum materiam, aut contumeliæ officinam esse disputationes, sed amantes & placidas sententiarum collationes, discendi & illustrandæ veritatis causa institutas, statuunt. De quibus Thucydides honestissimè inquit: ἡ ἐπιείκεια τοῖς διδασκαλοῖς καὶ ἀλλήλοις καθ' ἡσυχίαν οὐ ψέγεται. Et Aristophanes, ἔλεγε ἐλέγχε, λοιδοροῦν δὲ οὐ πρέπει, ἄνδρας πικτὰς, ὡσὺς ἄστοπύλαιδας.

## VIII.

## MEMORIA.

**T**hesaurus & custos totius eruditionis & omnium rerum discendo perceptarum  
velus



M E M O R I A.

velut τὰ μίαιον ἐστὶ Μ Ε Μ Ο Ρ Ι Α, quam si negligent discentes, & ocio ac desidia torpere aut delicijs eneruari sinent: non minus inanis & superuacuis discendi labor erit, quàm si in aquam interea scriberent, aut reti ventos venerentur. Tantùm enim vnusquisq; se scire existimet quantum memoria tenet, & vbi res atque vsus postulat, promptum & expositum habet. Quæ verò in libris scripta asservantur, alienis seu literarum typis tantummodò in chartis expressa, nemo se putet tenere, nisi ea menti etiam suæ impresserit, & memoriæ fideliter & firmè commendarit. Non enim sine causa apud Platonem Thamus Ægypti Rex inuentori literarum, glorianti se memoriæ & sapientiæ pharmacum seu remedium inuenisse, respondit, τὰ γράμματα οὐ μνήμων, ἀλλὰ πῶμα δόντων λήθων ἐν ψυχῶν πρέξαι μνήμης ἀμελετησία: καὶ δοξασόφους ἀντὶ σοφῶν γλῆσσειν. οὐ γὰρ μνήμης, ἀλλὰ ὑπομνήσεως φάρμακον τὰ γράμματα εἶναι. Quare studiosi vnā ex præcipuis & maxime necessarijs studiorum partibus esse statuunt, frequentem & assiduam Memoriæ exercitationem & multa ediscendi laborem, qui & facilitatem in percipiendo, et fidelitatem in continendo, & promptitudinem in reddendo (quæ tres



M E M O R I A.

tres præcipuæ virtutes sunt memoriæ ) potissimum auget & confirmat. Etsi enim natura, ut in cæteris rebus, ita hac quoq; in parte, valet plurimum: & iuuari memoriam diæta, & bona valetudine, & loco silenti, & tempore matutino, & modo certo ediscendi, & notis illustribus &c. constat: tamen præcipuè excoli, augeri & firmari memoria potest labore & diligentia, & usu assiduo ediscendi & repetendi, ac reddendi ea, quæ ipsi, velut depositum, commendata sunt.

Inter reliqua verò, quæ ab arte petuntur, Memoriæ adiumenta, præcipuum & utilissimum est, ORDINIS & DISPOSITIONIS PARTIVM in scripto, quod memoriæ mandabimus, diligens & attenta observatio. Valet enim dispositio Methodi & Syllogismi, non tantum ad rectè intelligenda & iudicanda aliorum scripta: & nostram orationem ordinè & perspicuè explicandam: verum etiam ad ediscendi & recordandi facilitatem plurimum confert, & potissimum memoriæ præsidium est. Quare in longioribus scriptis aut orationibus ediscendis, dispositionem & methodum totius disputationis initio studiosi considerent: Quot sint præcipuæ orationis partes, quot singularum partium membra,

qua



## MEMORIA.

quod periodis comprehensa, quo ordine singula membra & argumenta inter se contexta & collocata sint. Hæc diuisio et compositio, vt Fabius nominat, seu ordinis & dispositionis animaduersio, coniuncta cum mediocri & assiduo labore & exercitatione ediscendi, multò plus memoriam iuuabit, quàm Mnemonica Rhetorũ præcepta, de Locis et imaginibus rerum ac uerborum fingendis, quæ & laborem ediscendi geminant, & in uniuersum memoriam perturbant magis quàm adiuuant. Quæ autem, si cui cognoscere libet, ex fine libri tertij ad Herennium, & libri 2. de oratore, & iudicium de illis Quintiliani, ex lib. 11. cap. 2. petere licebit.

Singulis itaq; diebus, vel certè singulis hebdomadis certæ horæ, peculiariter Memoriam excolenda, & insignibus Poëtarum & Oratorum locis, vel alijs utilibus scriptis ediscendis tribuantur. Ac pueros statim à prima ætate assuefieri prodest, vt initia catecheseos, & artium dicendi præcepta, maximè utilia, & Regulas necessarias: Eaq; Poëtarum & aliorum autorum scripta, quæ in Scholis explicari audiunt, accuratè memoriam mandent. Quod sine ullo labore & molestia ferè ludendo prima illa ætas efficere potest, & facilem sibi ac firmam & promptam in omni reliqua ætate memoriam comparare.

E

Nunc



M E M O R I A.

Nunc adolescentes hortor, vt non modò illustres & amœnos poëmaturum aliorumue scriptorum locos, vt orationes, prosopographias, Hypotiposes, Gnomas, similitudines, Historias, Fabellas insignes &c. Verumetiam præ alijs Definitiones & Diuisiones præcipuorũ locorum, qui methodos & summas singularum artium continent, memoria complecti studeant. Vt in Theologia definitiones & partitiones locorũ doctrinæ Christianæ: In Ethicis definitiones virtutũ, quæ sunt regulæ consiliorum et actionum vitæ: In Physicis, definitiones & diuisiones præcipuorum locorum doctrinæ Physicæ. In Iure, præcipuorum titulorum: In Astronomia, cœli, stellarum, motuum cœlestium, circulatorum, ortuum & occasuum, Eclipsuum, Anni, Mensium, dierum, longitudinis & latitudinis locorum &c.

Facilius autem versus edisci possunt quàm soluta oratio: et in prosa oratione ea, quæ periodicis vincta sunt, minori negotio memoriæ mandantur, quàm incomposita vel sententijs breuibus conscisa, vt in Senecæ, & vtriusq; Plinij & Salustij scriptis pleraq; se offerunt.

Vtile etiam ad memoriæ firmitatem & promptitudinem augendam est, Pythagoream consuetudinem seruare, quæ

Non prius in dulcem declinat lumina somnum,  
 Omnia



MEMORIA.

Omnia quàm longi reputauerit acta diei &c.  
 Et præceptorì vel contubernali ordine vesperì  
 recitare, quid singulis horis, tota illa die egeris  
 audieris, legeris: quid ex singulis lectionibus  
 animo infixeris. Quantumuis enim exiguum  
 erit, quod in singulos dies memoriæ mandabis,  
 tamen mediocri assiduitate, ingentem aceruum  
 breui tempore conficies, vt verè ab Hesiodo  
 dictum est: εἰ γὰρ κερὶ ἡλίου μικρὸν ὠδὶ σμικρὸν  
 καταθεῖο, ἡλὶ θαμὰ τοῦθ' ἐξδοίῃ τάχα  
 κερὶ μέγα τὸ γένοιτο.

Exposui de ratione discendi seu de Medijs,  
 quæ ad propositos studiorum fines, & veram ac  
 solidam eruditionem discentes rectè perducunt,  
 οὐ τὸ vtilis & salutare commonefactiones,  
 Quas si assiduo & constanti studio, in hoc iuue-  
 nilis ætatis & ingenij vigore, sequentur Ado-  
 lescentes, mediocribus ingenijs præditi, & cupi-  
 ditate discendi flagrantes: & Plinij exemplo,  
 omne tempus perire iudicabunt, quod studijs  
 non impertierint: Tùm paulò post ad optatam  
 studiorum metam peruenientes, vberrimos &  
 iucundissimos laborum suorum fructus perci-  
 pient, qui & Deo grati, & Ecclesiæ ac Reipub.  
 salutare erunt, & suis ac aliorum utilitatibus  
 commodisq; seruiant: Et veram dignitatem in  
 hac vita, & gloriam ac lætitiã in cœlis eter-  
 nam parient.

E 2 Pars



III. PARS LIBELLI.

DE RATIONE  
INSTITVENDI STV-

DIÆ IN SINGVLIS ARTIBVS, ET  
de singularum artium Scriptori-  
bus præcipuis.

**E**T monstratæ sunt diuinitus generi humano  
Artes, Ecelesiæ ac communi uitæ imprimis  
necessariæ: & sapienti consilio Artificum, quos  
Deus excitauit, distinctæ, & certo ordine ac  
concinna serie distributæ, & inter se connexæ  
sunt: ut integrum uelut corpus doctrinarum &  
Artium omnium una  $\sigma\omega\upsilon\phi$  animo comprehen-  
di, & ordine Homines doceri de ijs rebus, qua-  
rum cognitio imprimis expetenda & uitæ necessa-  
ria est, & studiorum nostrorum initia, progres-  
siones & metæ prospici possunt.

Hoc consilio in prima huius libelli parte,  
cum de FINIBVS & Metis Studiorum  
diceremus: Ordinem & fines ac usus præcipua-  
rum Artium, quæ tum ad Rerum scientiam &  
rectum iudicium, tum ad dicendi ac scribendi  
facultatem augendam pertinent, breui Tabella  
ostendimus.

Cum



PARS TERTIA.

Cum autem duo sint prima artium genera:  
Alia enim Rerum doctrinam, Alia Verborum  
cognitionem & præcepta rectè loquendi, & de  
ui ac natura sermonis iudicandi continent: na-  
tura quidem prior & dignior ac magis necessaria  
est Rerum cognitio, ex qua efflorescere & res-  
dundare oratio debet.

Sed tamen quia rerum notæ sunt uerba:  
primum formandæ pueritiæ rudimentum, & ini-  
tia studiorum sunt dicendi Artes, & Gramma-  
tica imprimis, quæ uim ac proprietatem & stru-  
cturam sermonis, quoad res intelligendas & ex-  
plicandas opus est, considerat & docet.

Itaq; seriem Artium, de quibus rectè ac uti-  
liter discendis, Deo iuuante, in tertia huius libel-  
li parte agetur, paulò aliter quàm superius fa-  
ctum est, distributam, eo uidelicet ordine, quo in  
in Scholis iuuentuti usitatè tradi solent, propo-  
nemus.

Deo igitur iuuante dicam ordine & bre-  
uiter.

I De Ratione utiliter discendi Grammaticen  
Latinam.

II. De Dialectica.

III. De Rhetorica.



PARS TERTIA.

- IIII. De studio Linguarum GRÆCÆ & EBRÆÆ.
- V. De ratione legendi HISTORIAS.
- VI. De POETIS.
- VII. De initijs Mathematicum, Arithmetica, Geometria, Astronomia, Geographia, Musica &c. rectè discendis.
- VIII. De studio doctrinæ ETHICÆ, ac Politicæ seu Iurisprudentiæ.
- IX. De Philosophia Naturali, seu PHYSICA, & inde extructa Arte Medica.
- X. De THEOLOGIA, seu studio doctrinæ & pietatis Christianæ, cuius semina, teneris etiam discipulorum mentibus, unà cum primis literis, & lacte nutricis, instillanda sunt. & omnibus cæterarum Artium studijs, præluere uera agnitio Dei, & Domini nostri Iesu Christi, fontis sapientiæ omnis ac doctrinæ salutaris, & miseræ studijs ardens petitio auxiliij & gubernationis diuinæ, ac ad hunc finem omnes discendi labores referri debent, ut Dei gloriam illustrent, & Ecclesiæ Dei ac Reipublicæ, totiusq; uitæ utilitatibus commodisq; seruiant.

Gramma



# GRAMMATICES RECTE INSTI- TUENDO.

**F**undamentum & nutricula omnium cæte-  
rarum artium est GRAMMATICA, quæ  
rationem rectè intelligendi ac explicandi vim  
& naturam sermonis in aliorum disertorum ora-  
tione ac scriptis, & rectè loquendi ac scriben-  
di, seu componendi orationem propriè & per-  
spicue animi sensa exponentem, profitetur.

*Vt autem domus ædificationem frustra sus-  
cipiet, qui Fundamenta prius non posuerit so-  
lida & firma, quibus illa inniti tuto possit: ita  
omnis studiorum labor & fructus, in reliquis  
artibus, & disciplinis superioribus, perijt ijs,  
qui hæc Grammatices fundamenta neglexe-  
runt.*

*Cum enim Rerum doctrina, quarum cog-  
nitio Homini imprimis expetenda & necessaria  
est, oratione & verbis inuoluta, & designata,  
in libris Sacris & cæteris artibus & Autori-  
bus bonis proponatur: quid de rebus illis cog-  
noscere & discere poterit ille, qui vim &  
propriètatem sermonis, verborum significatio-*



## GRAMMATICÆ

nes, & orationis structuram ac phrasin non intelligit? In Ecclesia verò, in Republica, in Scholis, & tota communi vita, quæ oratione regitur, quid in rebus magnis & grauibus negocijs præstabit is, qui rectè loqui, ac congrua & ad animi sententiam dicendo exprimendam apta verborum compositione & structura vti non poterit.

Præcipuè autem in Ecclesia, diligenti & accurata Grammatices cognitione opus est. Cùm enim Deus non aliter à nobis agnosci & coli velit, quàm sicut se in verbo à se tradito in Prophetarum & Apostolorum scriptis patefecit: necesse est disci Grammaticam, vt librum, in quo Deus suam doctrinam scribi voluit legere possimus, & vim ac significationem verborum, phrasium, ac Figurarum sermonis, in constructione; in Tropis ac Schematis, quibus referta sunt Biblia, rectè intelligere & explicare: vt genere sermonis diuini rectè intellecto, ex ipsis fontibus veram de Deo doctrinam hauriamus. Deinde vt viua voce & scriptis, veræ religionis doctrina propriè & perspicuè doceri & propagari ac defendi possit, imprimis magna facultate & copia Grammatici, hoc est, recti ac emendati & proprii sermonis opus est.

Accedit



Accedit eò, quod multæ Religionis contro-  
uersiæ, multò dexterius & rectius, Grammati-  
ca & ex fontibus linguarum sumta explicatio-  
ne phrasim, quàm longis aliorum commentarijs  
dijudicantur.

Nec retineri vera de Deo doctrina et Chri-  
sti Religio pura et incorrupta potest, nisi Gram-  
matices studia colantur, quæ veram & genui-  
nam sermonis diuini sententiam conseruet &  
propaget. Sicut superioribus seculis videmus  
neglectis rectè docendi ac linguarum studijs,  
veram Christi Religionem, & multas Artes  
simul obscuratas, & ferè extinctas fuisse. Quæ  
nostra ætate, reflorescentibus literis ac linguis,  
simul instauratæ sunt.

Itaq, propter gloriam Dei, et Ecclesiæ ac  
Reipublicæ salutem, ac vt in cæteris studijs ali-  
quo cum fructu versari et progredi discipulos  
possint, diligenter et exquisitè GRAMMATIC-  
A, in ijs linguis, quæ in Ecclesia et Philoso-  
phia maximo vsui sunt, cognoscenda est.

DVÆ sunt autem à veteribus constitutæ  
functiones et partes Grammaticæ. μεθοδική  
seu ὀργανική, quæ præcepta rectè legendi et  
scribendi, intelligendæ ac componendæ oratio-  
nis congruæ ac perspicuæ in ea lingua, quam  
discimus, tradit: Et ἑγκυρητική, Quæ omnium



GRAMMATICÆ.

bonorum Autorum, & imprimis Poëtarum ac  
Historicorum enarrationem complectitur.

Etsi verò facultas rectè intelligendi Auto-  
rum scripta, & emendatè, propriè, ac perspi-  
cuè loquendi, non tantùm præceptis Grammati-  
cæ, sed usu & imitatione eloquentium scripto-  
rum potissimè comparatur: tamen postquam  
Latina lingua nobis vernacula esse desijt, præ-  
cepta & Regulas disci omnino necesse est: sine  
quibus nemo se certam loquendi rationem, &  
facultatem intelligendi sermonem, in diserto-  
rum scriptis (qui præcipuus Grammaticæ finis  
est) consequi posse speret.

Vt autem in omnibus vitæ consilijs, studijs  
& actionibus rectè instituendis, μή πλανᾷ-  
ς δὲ πρὸς πολλὰ σοχαζόμενος, ἀλλ' εἰς  
εὐβλέποντα πρὸς τὸ αἰεὶ τὰ πάντα διομ-  
βέλη ἀφιέναι, vt Plato ait, hoc est, finem cer-  
tum & metam habere propositam oportet, ad  
quam velut ad scopum, labores suscepti diri-  
gantur: Sic in Grammatices etiam & cætera-  
rum artium studijs, rectè & utiliter instituen-  
dis studiosi initiò de FINE cogitent, ad quem  
omnia artium præcepta & omnes discendi la-  
bores sint referendi.

Est igitur FINIS GRAMMATICÆ  
Latinae



FINIS.

LATINÆ, rectè intelligere sermonem Latinum & emendatè & perspicuè Latinè loqui. Hoc est, non tantùm legere & scribere, et iuxta regulas artis inflectere & construere verba linguæ Latinæ, Verùm etiam intelligere vim et naturam seu significationem omnium verborum, phrasim, & figurarum sermonis Latini: Et in explicandis docendo aut scribendo rebus propositis, Sermonem Grammaticum, hoc est, emendatum, proprium, & perspicuum, in oratione soluta & carmine, aptè adhibere.

CONSISTIT autem SERMO GRAMMATICVS, præter elementa Literarum & Syllabarum, in QVINQVE REBUS.

1. In VERBIS singulis, quorum & significatio nativa ac proprietas nota esse, et facultas ac copia mediocris comparari, & delectus prudenter haberi debet.

2. In iusta CONSTRUCTIONE verborum singulorum iuxta regulas Syntaxis.

3. In PHRASI, seu coniunctione vocum, quæ non solùm regulis GRAMMATICÆ congruat, verum etiam imitetur consuetudinem & exempla veterum, qui eleganter Latinè locuti sunt.

4. In



4. *INFIGVRIS* seu conformationibus qua vel significatio verborum vsitata, vel situs, vel constructio, vel pronuntiatio, aut scriptio, in aliam formam mutatur, vt in Tropis, in Schematis lexeos, in figuris Syntaxeos, in Metaplasms.

5. *IN COMPOSITIO NE* seu collocatione verborum concinna, in commatis, colis, periodis, & versibus.

*NORMÆ* verò iudicij de hisce partibus Sermonis Grammatici, & *INSTRUMENTA*, quibus prudenter & dextrè adhibitis, parari à nobis mediocris facultas & copia *SERMONIS LATINI* potest, præcipuè tria sunt.

I. *Præcepta seu Regulae artis Grammaticæ.*

II. *LECTIO* diligens & observatio ac imitatio veterum Autorum, qui rectè & eleganter latinè locuti sunt, Qui tamen sine regulis & præceptis artium dicendi intelligi non possunt.

III. *EXERCITATIO STYLI* quotidiana, in oratione soluta & carminibus, rectè ac eleganter ad imitationem veterum scribendis.

Sunt & alia quædam parandi singulas partes Sermonis Grammatici peculiaria adiumenta, quæ considerare prodest.

Lite-



N I S G R A M M A T I C I .

L I T E R A R V M nomina, figuras, potestatem, discrimina, cognitionem, ordinem et legendi ac scribendi rationem, Orthographiæ præcepta docent: quæ vnà cum Profodia seu pronunciandi ratione, eruditissime complexi sunt Iodocus Willichius in Institutionibus Orthog: & Profod: & Erasmus in Dialogo, de reâ Latini Græciq; Sermonis pronuciati-  
one.

S Y L L A B A R V M Toni ac Tempora, ex præceptis Profodiæ & sono eruditorum rectè pronunciantium, & lectione Poëtarum, discenda sunt.

V E R B O R V M S I N G V L O R V M N A T U R A & S I G N I F I C A T I O N E S G E N V I N A E, partim ex Etymologia seu origine vocum: partim ex interpretatione bonorum Autorũ vel viua voce, vel probatorum Interpretum commentarijs tradita: partim ex versionibus: partim ex Dictionarijs, sumuntur. Ex quibus vetera, Marcelli, Festi, Varronis, difficiliora ferè sunt, quàm vt à iunioribus et mediocriter etiam eruditis intelligi possint, nec omnia Latinae linguæ vocabula explicant. Recentia igitur vsurpari, cum opus est, poterunt. Budæi etiã annotationes in Pandectas, & de Asse et Alciati de verborum significatione, et parerga, &



GRAMMATICA.

ga, & Valla in sex Elegantiarum libris, plurimorum Latinae linguae verborum proprietatem & significationes genuinas, altissimis tenebris antè obrutas, patefaciunt, & illustrant.

Nec planè contemnendi sunt Etymologiarum libri ab Isodoro Hispalensi Episcopo, circa annum à nato Christo 630. editi: In quibus nò modò omnium ferè Latinae linguae verborum interpretationes, & qua de causa quæq; sint ita nominata, verùm etiam plerarumq; artium summae & loci præcipui, eruditè & breuiter explicantur.

Vtilissimum verò erit, in prima statim ætate, pueris, Rerum vocabula ediscenda proponere, ex libellis qui Arborum, herbarum, leguminum, olerum, fructuum, quadrupedum, insectorum, volucrum, piscium, appellationes ex Plinio, Dioscoride & alijs autoribus collectas, Item propria opificum & singularum artium vocabula continent.

Varietatem significationum, quas inflexio casuum, modorum & temporum in singulis verbis affert, vulgares regulæ Etymologiae ostendunt.

AD COPIAM & DELECTVM  
VERBORVM, quem Eloquentiæ originem  
esse.



esse Cæsar pronunciauit, imprimis vtile est, Locos communes seu ordines verborum instituere ad quos in lectione Ciceronis & reliquorum Latinae linguae Autorum, verba singula & eorum significationes ac Synonyma, & Phrases seu loquendi formulæ, propriae & figuratae, ex reliquo corpore orationis resolutæ, aptè referantur.

Hi loci, velut domicilia & Thesauri erunt, ex quibus verba Latina, propria, & significantia, & phrases seu dicendi formulæ, de quibuscunq; rebus, poterunt depromi.

Rationem verò distribuendi certo ordine locos, & copiosa supellectile verborum & phrasum eos instruendi: Iodocus Villichius in tota priore parte libelli de formando studio eruditè ostendit, ac Prædicamentorum ordinem rectissimè seruari posse censet, iuxta quem præcipuarum artium loci et materiae cognatae iungi, & singulis verba & phrases conuenientes ascribi possint.

Pleriq; autem, qui in hoc argumento hætenus elaborarunt, ordinem alphabeti secuti sunt, inter quos Roberti Stephani Thesaurus Latinae linguae, & Bartolemaei Riccij apparatus, & Deleti etiam commentarij imprimis cele-



## G R A M M A T I C A.

celebres sunt. Nam Iulij Camilli Theatrum, quod cæteris in hoc genere scriptis anteferendum esse, si extaret, Riccius & Sturmius iudicant, nondum, quòd sciam, excusum est.

Rationem iudicandi singularum orationis partium inter se velut coagmentationem, structuram & contextum, Regulæ Syntaxeos magna ex parte ostendunt. Quas omnium accuratissimè et perfectissimè nostra ætate sex libris lectu vtilissimis Thomas Linacer tradidit & illustravit.

Ad PHRASES autem Latinae linguæ, seu formulas loquendi, quæ ex nomine & verbo & alijs partibus, iuxta Ciceronis reliquorum Principum Latinae linguæ consuetudinem & exempla connexæ sunt: non tantùm præcepta Grammaticæ, sed in primis diligens & attentata lectio & obseruatio Autorum Latinae linguæ, necessaria est. Ex quibus, vt de simplicibus verbis paulò antè monuimus, ita etiam Phrases & sententiarum formas resolui, ac ad ordines seu locos suos referri à studiosis Latinae linguæ oportet. Atque in hac potissimum sermonis Latini parte illustranda & tuenda, Nizolij in Ciceronem resolutiones vsui esse possunt. Et in scriptis Vallæ, Riccij, Roberti, Doleti, Adriani Cardinalis & c. quedam &

præce



## GRAMMATICA.

præcepta et exempla colliguntur. Sed tamen multò rectius, ex ipsis Ciceronis lectione assidua & Resolutione ac redactione Formarum loquendi ad suos ordines & Locos ( de quibus suprà monuimus ) cognitio & copia phrasium Latini sermonis comparari poterit.

FIGURARVM cognitio partim ex præceptis Grammaticæ & Rhetoricæ ( vt Quintiliani lib. 8. & 9. ) partim ex interpretatione Autorum et vsu rectè loquentium petenda est. Ac plurima figurarum & præcipuè Troporum Latini & Græci sermonis exempla, eruditissimè & planissimè, in aureo illo Chiliadum opere, Erasmus explicauit.

Mosellani Tabulæ, vnà cum plerisq; exemplis, ex lib. 2. Diomedis, & libello Donati de Barbarismo, descriptæ sunt: Quas recentiores aliqui, pluribus exemplis Poëtarum & Oratorum illustrarunt.

Ad COMPOSITIONEM orationis, quæ non modò verbis & constructione et phrasi Latina constet, verùm etiam aptè inter se coherereat sententijs cognatis & coniunctionibus: & concinna verborum collocatione, & sono ac numeris eleganter & ornatè cadat: non modò Quatuor illa præcepta, quæ in fine libelli Rhetorici extant, sed imprimis accurata  
F                      exemplo,



## GRAMMATICA.

exemplorum compositionis Ciceronianæ obseruatio, & vsus scribendi assiduus flagitatur.

Ac de Compositione Periodorum & astringenda numeris concinnis oratione soluta, exquisitè & accuratè Cicero in perfecto Oratore, & Fabius lib. 9. & nostra ætate Ludouicus Strebeus de verborum electione & collocatione, præceperunt.

De carminibus autem seu Poëtarum versibus, legitima pedum compositione certo numero modoq; finiendis, in Prosodiæ seu rei metricæ præceptis vsitatè traditur.

Hæc de fine Grammatices, videlicet de Sermone emendato & perspicuo, & de medijs seu Instrumentis, ad eum rectè intelligendum ac parandum necessarijs, eam quoq; ob causam hoc in loco monui, vt intelligeretur, Præcepta & Regulas artis Grammaticæ, etiamsi ad cognoscendam sermonis naturam & rectè loquendum & scribendum non sufficiunt, Tamen necessarijs & maximis de causis, diligenter & accuratè edisci oportere.

QUATVOR autem PARTIBVS ferè communia præcepta rectè intelligendi sermonem Latinum et emendatè loquendi, absoluuntur, Nam & legendi & scribendi ratio certa,

&



## ORTHOGRAPHIA.

Et pronuntiationis quidam veluti cantus: Et verborum singulorum significatio propria observanda est: Et eorundem inter se compositio et structura congruens et apta, quae sententiam animo conceptam, perspicue et disertè exponat.

Postquam igitur pueri, prima Grammaticae rudimenta ex unico libello, eruditam et facilem artis summam continente, perceperunt: diligentius postea et accuratius singulas Grammaticae partes repetent et expendent.

ORTHOGRAPHIAE partes praecipuae DVAE sunt, Quarum prima, Literarum numerum, Nomina, Figuras, Potestatem seu vim et sonum nativum, quo singulae proferrì et pronuntiaci debent: Item Differentias literarum varias, et cognationem seu mutationes in se mutuò, et ordinem seu comprehensionem literarum in connectendis syllabis, ostendit et declarat.

Altera, rectè scribendi, seu emendatae, elegantis ac distinctae scripturae rationem continet. In qua primùm eae literae in singulis syllabis ponantur, quas vocabuli origo, et linguae natura, et veterum eruditorum consuetudo requirit: Deinde literarum figurae elegantes,



ORTHOGRAPHIA.

iuxta exemplum aliquod simplicissimum & optimum, sine friuolis ductibus & notulis scripturam decurtantibus, exarentur, quales nunc sunt in minusculis literis formæ, quas currentem maiorem Typographi vocant.

SERIES et continuatio Literarum in versibus, intra rectas lineas æquabiliter decurrat, & velut ad normam et amussim congruat. Quæ de re Basilij Epistola erudita extat, cuius initium est: ὁρθὰ γράφε, καὶ ἄλλοις τοῖς σιχοῖς ὁρθῶς εὐθὺ χάρα ἠαυτοῦ ἐπὶ σάθμης βαδίζων τεκτονικῆς.

In literis quæ supra aut infra seriem versus prominent, hæc proportio seruetur, vt tantum spacij extra versum occupent, quantum in versu tenent. Habeant & spacia, quæ dirimunt versus, & margines, latitudinem iustam, & tota scriptura rectè distincta sit notis, quæ commota, cola, & periodos aptè discernant.

PROSODIA est certa pronunciandi ratio, qua syllabis veluti accinitur. Admonent enim huius partis Grammaticæ præcepta, certo veluti cantu & modulatione seu tenore vocis & mora singulas syllabas esse efferendas, vt intelligi possit, quæ syllabæ longæ (quibus longior mora in pronunciando tribuitur) quæ breues



T R O S O D I A .

*Breues sint : quæ acuta voce eleuari , quæ gra-  
uiter & æquabiliter proferri , quæ velut retar-  
dari debeant.*

*Consistit autem tota hæc emendatè pronun-  
ciandi ratio , quantum ad vocis moderationem  
attinet , primùm in tempore seu quantitate Syl-  
labarum , quæ vel longæ sunt , vel breues . Qua-  
rum discrimen , vt in scansione seu mensura Me-  
trorum sentitur : Ita etiam in soluta oratione  
pronuncianda debebat obseruari , vt longæ syl-  
labæ duplo vel triplo porrectiore mora , quàm  
breues syllabæ proferentur : Sicut Musici cer-  
ta mensura voces distinguunt , & breuem ac se-  
mibreuem productiore sono efferunt , quàm mi-  
nimam aut semiminimam.*

*Secundò in Tonis seu Accentibus , qui  
sunt velut indices syllabæ vel eieuanæ , vel in-  
flectendæ , vel communi & graui tenore pro-  
nunciandæ . Etsi autem fundamentum Tono-  
rum est quantitas syllabarum : tamen hæ qua-  
litates & velut colores sonorum , qui Toni no-  
minantur : toto genere differunt à tempore seu  
quantitate syllabarum , quæ pedes orationis cer-  
tos constituit.*

*Vt autem Græci ex vltimæ syllabæ , ita La-  
tini ex penultimæ quantitate de Tonis iudi-  
cant : quæ si breuis est , accentus semper (quan-*



T R O S O D I A.

tatunq; sit vltima ) in antepenultimam trans-  
fertur. Sin longa est penultima, in eadem ma-  
net accentus. Si penultimam natura longam se-  
quitur brevis, inflexa voce penultima efferetur.  
Sin longa, acuta. In dissyllabis, accentus semper  
est in priore, neq; vnquam in Latino sermone,  
vltima polysyllabæ dictionis acuitur vel infle-  
ctitur, teste Fabio lib. 12. cap. 10. & lib. 1. cap.  
9. Sed posteriores, distinctionis et vitandæ am-  
biguitatis causa, vltimæ etiam syllabæ tonū in-  
terdum addunt, vt palám, aduerbium: pálam,  
nomen: ergò, coniunctio: ergo, nomen, falso, no-  
men: falsò, aduerbium: ponè, præpositio: pone,  
verbum: Deûm pro Deorum, &c.

Tertiò in Aspirationibus vocalium vsita-  
tis. Nam in lingua Latina, nulli consonanti  
aspirari, Cicero in Oratore scribit. Legant au-  
tem studiosi de Aspiratione eruditissimum Io-  
uiani Pontani libellum, qui in principio secun-  
di Tomi operum ipsius habetur.

Quartò. Rerum etiam, quæ oratione expli-  
cantur, ratio habenda est. Quæ vt graues, le-  
nes, atroces, miserabiles, &c. sunt, ita etiam so-  
no vocis graui, summisso, contento, inflexo pro-  
nunciari debent, Sed hæc ad Rhetoricam pro-  
nunciationem magis, quàm ad Prosodiam per-  
tinent.

Nota



## ETYMOLOGIA

Notæ passionum, vt vocantur, Hyphen, Apostrophus & Diastole, ad Orthographiam pertinent.

ETYMOLOGIA, proprias & genuinas vocabulorum omnium significationes & origines: & discrimina casuum & inclinationum in singulis dictionibus, considerat.

De priorē parte, supra, admonitionem breuem recitauit.

De posteriore, qua singularum octo orationis partium discrimina & proprietates & accidentia omnia explicantur: passim in omnibus Grammaticorum libellis præcepta tradi solent. Ex quibus omnibus, vnicū tantummodò libellum, de prudentis & fidi præceptoris consilio, eligant pueri, cuius Regulas diligenter & accuratè ediscant.

Vt autem præcipuæ & ferè solæ partes orationis sunt, NOMEN & VERBUM: ita in Nominibus, Species nominum varias, & Regulas de generibus & casuum inflexionibus: in Verbis itidem genera, & formationes Temporum in singulis Coniugationum modis, præcipuè considerari & disci oportet.

PRONOMINA quindecim, & Participia, ferè cum Nominē congruunt, nisi



## ETYMOLOGIA.

quod pronomina semper personam certam, participia etiam tempus, & actionem aut passionem significant.

ADVERBIA ferè nihil aliud sunt, quàm adiectiua verborum, quæ videlicet significationem verborum circumstantia aliqua determinant.

His cognatæ sunt quinquaginta PRÆPOSITIONES, quæ & ipsæ circumstantias aliquas verbis annectunt, & alijs orationis partibus præpositæ, significationem earum mutant, augent, vel minuunt.

CONIUNCTIONES nihil aliud sunt, quàm vincula, quæ reliquas partes & clausulas orationis coniungunt ac velut conuincunt.

Horum Syncategorematum significationes, & aliqua etiam ex parte constructio, ex Etymologia præceptis cognoscitur.

SYNTAXIS, simplices orationis partes seu verba singula congruenter & aptè inter se struere & contexere docet, vt animi sensa & cogitationes planè & perspicuè indicent & declarent. Quod cum Grammaticæ præcipuum opus ac finis sit: diligenter & accuratè à pueris, Regula orationis rectè & congruenter componendæ



ponendæ edisci: & exempla ac imitatio optimorum Latinæ linguæ autorum: & exercitatio emendatè scribendi ac loquendi assidua adhiberi: ac in primis diuersitas significationis earundem vocum in dissimili constructione & Syncategorematum vsu, attentè considerari, debent. Pertinent autem ad hanc Grammaticæ partem, non modò vulgares Regulae Syntaxeos, quæ generibus, numeris, casibus, personis congruentibus, verba singula iungere docent: verumetiam phrasis seu talis constructio verborum, quæ non modò analogiam seu regulas Grammaticæ, sed etiam exempla & consuetudinem veterum Latinæ linguæ Autorum imitetur.

Deinde FIGURARVM cognitio, in quibus vsitata seu regularis verborum structura & significatio nonnihil immutatur, & nouam veluti formam seu figuram induit, quam tamen illustres autores frequentarunt. Huc præcepta de figuris Constructionis in 2. & 6. libro Linacri. Item, De Tropis, de Schematis lexeos etc. referenda sunt.

Tertiò CONCINNA & NUMEROSA membrorum orationis, & verborum in singulis membris, collocatio, quæ sententiæ illigatæ periodis, non modò aptè inter se co-



S Y N T A X I S .

hæreant, verumetiam numeris & præcipue clausulis aptè cadentibus efferantur. De hac concinna & numerosa orationis constructione, Diomedes libro 2. artis Grammaticæ copiosè præcipit.

Nunc verò tres illi præcipui & proprii Grammaticæ loci, de phrasi Latinae linguæ, de Figuris, & de Compositione, in præceptis Rhetoricæ elocutionis tradi solent. Sicut & Cicero in Oratore perfecto, hanc construendæ orationis rationem diligentissimè demonstrat.

Quartò ad Syntaxin et Prosodiam pertinet etiam Metrorum seu versuum aptè construendorum ratio, quæ legitima pedum compositione, certo numero modoq; finita, constat. Hac in præceptis Prosodiæ sola ferè tradi hoc tempore solet: dum rectè pronüciandi ratio, quæ proprium Prosodiæ munus est, magna ex parte amissa, negligitur.

Hactenus ostendi, & causas, quæ ad Grammaticen sedulò discendam singulos mouere debent: & finem Grammatices, ac media ad eum assequendum necessaria: & qui loci in singulis Grammaticæ partibus vtilissimi & maximè cognitu necessarij sint.

Nunc pauca etiam de Scriptoribus Grammaticæ præcipuis, & lectione dignissimis, adiungam. Nec de præceptoris Philippi libello

Gram.



SCRIPT: GRAMMAT:

Grammatico, omnibus numeris iam absoluto, et summā totius artis perspicuè et planissimè comprehendente dicā plura, cū superius monuerim huius auctoris libellos Methodicos in singulis artibus rectissimè initiò discipulis proponi.

Vt autē omnes artes bifariam tradi solent, Nam incipientibus summæ artium breues et in compendium redactæ proponuntur: Deinde alij alias artium partes integrè et perfectè tractandas suscipiunt. Ita etiam Grammatices studiosis, in plerisq; scholis initiò videmus proponi breuissimam Donati Isagogen: Qui Romæ, circa annum à nato Christo 360. Grammaticen docuit, vbi etiam D. Ieronimus se eo præceptore vsum esse significat.

Extant autem præter hanc, quæ omnium puerorum manibus teritur, Etymologia Epitomen, alij tres Donati libelli, succincta breuitate et eruditione commendati, quorum primus Orthographiæ et Prosodiæ initia, de literis et Syllabis, earumq; Temporibus et Accentibus, breuissimè complectitur. Alter de Octo orationis partibus, earumq; accidentibus disserit: quam editionem seu Artem secundam vulgò nominant. Tertius de Figuris et de vitijs sermonis Grammatici, de Metaplasmis, vsitatam Orthographiam et Prosodiam, seu scribendi et  
pro-



SCRIPTORES

pronunciandi rationem mutantibus (quos, cum  
inscitè vsurpantur, Barbarismos vocant) De  
Enallage partium & Accidentium: De Sche-  
matis Lexeos sedecim: De Tropis 12. breuissi-  
mè præcipit.

Omniium autem breuissima Grammatices  
Epitome est, quæ Asperi Iunioris nomine cir-  
cumfertur, cuius etiam in Terentium Scholia,  
Donati & Cornuti commentarijs adiuncta le-  
guntur.

Totam verò artem Grammaticam accura-  
tissimè & copiosissimè libris 18. explicauit  
Priscianus, Qui tempore Iustiniani Imperato-  
ris Constantinopoli vixit, circa annum à na-  
to Christo 530: Quem velut fontem totius artis  
vberrimum, et in omnibus ferè partibus Gram-  
maticæ, etiam minutissimis, supersticiosè dili-  
gentem, ac curiosum: præ cæteris omnibus stu-  
diosi sedulò legant. Is primum Librum tan-  
tummodò in literarum natura & accidentibus  
explicandis consumit. Secundo libro de Sylla-  
bis, de numero partium orationis, de Nomine  
& Speciebus Nominum: Ac de his etiam toto  
libro 3. & 4. prolixè & subtiliter differit.  
Proximis tribus Libris Genera & casus No-  
minū pertractat. In Octauo, Nono & Decimo,  
de verbis agit. In Vndecimo de Participijs.  
In se-



GRAMMATICA.

In sequentibus duobus de pronomine. In reliquis tribus de Præpositione, Aduerbio & Coniunctione. In decimosextimo & decimo octavo, de Syntaxi.

Apollonius autem, & Herodianus Apollonij filius, quos se in tota arte potissimum sequi Priscianus aliquoties fatetur, circa annum Christi 150. & 160. tempore Imperij Antoninorum vixerunt, teste Suida.

Aristarchus autem ille celebris Grammaticorum princeps & Poëtarum censor, tempore Ptolomæi Philometoris circa annum Mundi 3800. floruit. Aristarchi præceptor fuit Aristophanes Byzantius, qui Callimachum puer audiuerat.

Diomedes artem meræ Latinitatis puræq; eloquentiæ magistram, vt ipse definit, tribus libris complexus est. In primo, elementa de octo orationis partibus, suo quodam peculiari modo & ordine exponit, & exemplis veterum Poëtarum illustrat. In secundo, duas partes Grammaticæ, ὀργανικὴν καὶ ἐξηγητικὴν discernit: Et præcipuos ὀργανικὰς seu Methodicæ Grammaticæ locos, 1. De literis singulis. 2. De Syllabis & earum temporibus, accentibus & pronunciatione distincta. 3. De figuris & vitijis Latini sermonis, in Orthographia, Prosodia, Syntaxi,



S C R I P T O R E S.

*Syntaxi, de Schematis lexeos, de Tropis: 4. Et de structura seu compositione orationis numerosa & concinna, eruditè & breuiter explicat. Tertius liber totus in re Metrica, & pedum ac carminum ratione consumitur.*

*Extant & alij quidam veterum Grammaticorum Libelli eruditi, quibus non integram artem, sed partes tantum Grammaticas aliquas complexi sunt, vt, M. Terentij Varronis Tres libri ad Ciceronem scripti, de Etymologijs seu origine verborum in lingua Latina, & totidem de analogia, doctissimi & cognitu dignissimi.*

*Quintilianus etiam libro primo, secundo & octauo, bonam Grammaticæ partem, addita censura & iudicio, de prima puerorum institutione, & regulis sermonis Latini, grauissimo, repetit.*

*Phocas de Nominum generibus tantummodò, & inflexionibus, & de præteritis perfectis verborum, præcipit.*

*Victorinus Afer, quem inter cæteros præceptores suos Diuus Ieronimus etiam recenset, Quatuor libros de enunciatione literarum, Orthographia & metris comicis reliquit.*

*Terentianus Carthaginensis, de literis, Syllabis, pedibus, & varijs metrorum generibus, carmine scripsit, circa annum Christi 380.*

*Sexti*



GRAMMATICÆ.

Sexti Pompeij Festi & Nonij Marcelli breuia & erudita Lexica, de significatione & proprietate veterum verborum linguæ Latinæ extant, adiuncta Nicolai Perotti commentarijs in Martialem, quibus titulus est Cornucopia.

Valerij Probi, quem inter doctissimos Grammaticos aliqui numerant, nihil vidi præter interpretationes literarum, quibus antiqui integras dictiones compendij causa notare solebant: & indicationes diuersarum lectionum in Bucolicis & Georgicis Virgilij.

Seruij Grammatici & Philologi, quem circa annum Christi 400. vixisse ex Macrobij Saturnalibus coniectura sumi potest, celeberrimi in opera Virgilij & vtranq; Donati artem commentarij, omnibus noti sunt.

De reliquis veteribus Grammaticis, vt de Hygino, Augusti liberto, cuius Astronomicon adhuc reliquum est: De Dydimio Chalcentero & cæteris ὀρθογράφοις, de Plinij libris Grammaticis, De Nigidio Figulo, et reliquis, quorum A. Gellius & Tranquillus mentionem faciunt: De Papyriano, cuius decem libros de Orthographia Tortelius citat: De Gryllo, &c. nihil dico, cum libros eorum non viderim, & magna ex parte non amplius extare existimem.

Ex



S C R I P T O R E S .

*Ex recentioribus , qui intra annos centum Grammaticæ præcepta ediderunt , in primis eruditorum calculo commendantur , Rudimentorum Nicolai Perotti diligentia : Institutiones Aldi : Rudimenta & commentarij , Grammatices Nimiutæ seu Iohannis Despauterij , cuius Profodiam omnium acuratissimè scriptam , Iacobus Micyllus magna ex parte in suos de re Metrica libros transtulit . Spica , Epitome , Thesaurus , Versilogus & c . Antonij Mancimelli . Antonius Nebrissensis Hispanus , cuius in omnibus etiam cæteris artibus doctrinam excellentem , Ludouicus Viues , multis in locis honorificè celebrat . Institutiones Iacobi Henrichmanni professoris in Academia Tubingensi , quas præceptor noster Philippus puer didicit , & in prima suæ Grammaticæ editione plerisq; in locis imitatus est .*

*Ex his omnibus vnum tantummodò præceptores eligant , & pueris explicent . Nec vllos interea alios libros Grammatices aspiciant pueri donec Summam artis rectè & integrè ex vno solo autore didicerunt . Hac cognita , Prisciani & Diomedis lectionem prouectiores , & qui alios docere volent , adiungant . Cæteros perlustrare obiter , & præsertim veteres ad consulendum in promptu habere satis est .*

*De stu-*



DE STUDIO  
DIALECTICES  
RECTE INSTI-  
TUENDO.

INGENIOSO ET MO-  
DESTO IUVENI, CHRISTOPHORO  
GERDENERO, Lubecensi, amico  
suo, DAVID CHYTRÆ  
VS S. D.

**H**Abes Christophore carissime, quas de primo  
fonte, et utilitatibus, ac sine artis Dialecticæ,  
& de utilissima ratione discendi ac exercendi ar-  
tis præcepta, & de Scriptoribus horum præcipuis,  
cōmonefactiones in Schola tradidi. Eas tibi & alijs  
æqualibus tuis, diligentiam & assiduitatem in stu-  
dijs egregiam adhibentibus, magno usui & adiu-  
mento, in præceptis Dialectices rectè discendis,  
& ad usum transferendis, futuras esse, spero. Sed  
maioris utilitatis fructum uobis tota hæc Dia-  
lecticæ cognitio & tractatio præbebit, si memi-  
neritis, eam, non finem studiorum nostrorum,  
sed instrumentum tantummodò, & commune or-  
ganon esse, ad summam illas artes, quæ rerum do-  
ctrinam continent, & uitam humanam guber-  
nant,

G

nant,



EPISTOLA

nant, & tuentur, rectè percipiendas & propa-  
gandas, necessarium.

Vt autem ineptus Architectonicæ discipulus  
fuerit, qui in normis ascijs, dolabris, planulis,  
runciniis, cochleis, & reliquis Architectonicæ  
instrumentis comparandis uel poliendis totam  
ætatem consumat, domum nunquam ædificet: ita  
inutiliter & frustra in studijs uersabuntur, nec  
sue uel aliorum utilitati commodisq; seruiant, qui  
præceptis Artium dicendi & linguarum solis,  
perpetuò incumbunt, nec in cognitione Artium,  
quæ de rebus diuinis ac humanis rectè sentire do-  
cent ac iudicare: nec in rebus bonis ac uitæ salu-  
taribus perspicua & disertâ oratione uel scriptio-  
ne explicandis, uim & usum Dialecticæ experi-  
entur. Certè intra unius anni spacium, & tradi-  
m Scholis integrè, & disci præcepta Dialecticæ,  
ad rectè de rebus omnibus iudicandum & dicen-  
dum maximè necessaria & utilia, percommode  
possunt. Quibus perceptis, statim progredien-  
dum est ad cognoscendas Methodos & Summas  
Artium, quæ sapientiæ & eloquentiæ fontes con-  
tinent, & ad duos hosce studiorum nostrorum fi-  
nes, uidelicet, ad rectè de rebus omnibus sentien-  
dum, & facultatem benè loquendi, plurimum  
adferunt adiumenti. Quales sunt Doctrina de  
uero Deo, doctrina uirtutum & legum, cognitio  
naturæ



DEDICATORIA.

naturæ rerum, & imprimis animæ & corporum  
nostrorum, Mathematica, Ars Medica, &c.

Hæ Artes, Ecclesiæ & Reipublicæ imprimis  
necessariæ sunt, & uitam humanam potissimum  
gubernant & tuentur.

His assidua exercitatio rectè loquendi ac  
scribendi adiungenda est. Quam lectione diligen-  
ti, & imitatione rectè loquentium, & præceptis  
etiam ac Regulis Dialecticæ & Grammaticæ gu-  
bernari oportet. Itaq; de utriusq; artis Gram-  
maticæ studio rectè instituendo, Admonitiones  
coniunctim tibi inscripsi. Et amanter à te pe-  
to, ut hanc mei erga te studij & beneuolentiæ si-  
gnificationem qualemcunq; tibi non sinas im-  
probari. Datum Rostochij,  
Pridie Calendas Martij.  
Anno 1563.



DE STUDIO  
DIALECTICES  
RECTE SVSCI-  
PIENDO.

**D**ivinitus insitum est mentibus humanis lumen, quo, ut oculis res propositas aspiciamus, & colorum discrimina dyjudicamus, ita Deum & res alias etiam non subiectas oculis aliquomodo agnoscimus, & vnum ac multa discernimus, & ordinem rerum, distinctionem, consequentiam, & ratiocinationum metas intelligentes, via & ratione certa de re proposita differimus & disputamus.

Hoc naturale lumen rationis humanae est Dialectica, ostendens viam & rationem recte & integre cognoscendi, & ordine ac perspicue explicandi, & iudicandi, omnia, quae in disputationem hominum venire possunt.

Cum autem hoc naturae lumen in plerisque hominibus sit obscurius & languidius, & saepe aberret: immenso Dei beneficio, praecipua artis Dialecticae, perpetua & certa, accedunt, ab Heroicis artificibus, partim ex illa naturali luce rationis humanae, partim ex longa observatione & exemplis bene differentibus extructa.

Quae ars verè est organon & Manus uniuersae



UTILITAS.

uersæ Philosophiæ, & fons ac regula & veluti mater omnium bonarum artium reliquarum: monstrans principia & fontes ac causas certitudinis reliquarum artium: & rationem constituendi, & rectissimam viam & ordinem discendi & docendi omnes artes, & iudicandi omnia cæterarum artium opera ostendens: atq; vnâ continens omnem, & perspiciendi, quid in quâq; re sit, scientiã: & iudicandi quale quidq; sit: & ratione ac via disputandi vt in lib. 2. de finibus Cic: inquit: Et alioquin exercitatio Dialecticæ, per sese ingeniorum acumen, perspicaciam, & celeritatem in cernendis negotiorum fontibus, & controuersiarum momentis, & prudentiam ac dexteritatem in iudicando & dicendo auget & confirmat.

Quòd si nullum aliud in Dialecticis præceptum, præter vsitatas illas & paucas Methodi quæstiones traderetur, quæ in qualibet re rectè discenda & docenda, monent, primùm Definitionem quærendam esse: deinde Partes seu species rei discerni, & cuiusq; vim definitione declarari: tum Causas euolui: Et effectus seu Officia indicari: & cognata seu similia & Exempla conferrari: & Pugnancia diuelli et reijci oportere: Tamen nulla oratione huius vnici & verè diuini præcepti utilitas & amplitudo





D I A L E C T I C A E C C L E

in omni genere vitæ & doctrinarum posset ex-  
 hauriri. Verè enim θεός ἡμῖν οὕτως παρέδω-  
 σκεπέσθαι καὶ μαθάνειν καὶ διδάσκειν ἀλλή-  
 λους, μίαν ἰδέαν ζητούντας ἢ πάλιν διαγίν-  
 τας &c. id est, Deus ipse nobis hanc rationem  
 considerandi res omnes, & discendi ac docendi  
 nos inuicem per definitiones & diuisiones tra-  
 didit: vt in Philebo Platonis grauissimè scri-  
 ptum est.

Ac etiamsi omnes cæteræ artes & profes-  
 siones, munus suum sine Dialectica possent obi-  
 re: ad quas tamen rectè discendas & docendas  
 non minus necessarium organum est Dialecti-  
 ca, quàm hoc aëre aut cibo ad vitam corporis su-  
 stinendam opus est: Tamen Ecclesia Dei nul-  
 lo modo Dialecticæ adiumentis carere potest.

Vt enim doctrina cœlestis rectè, distinctè,  
 iusto ordine & perspicuè doceri & explicari, et  
 erroribus ac corruptelis dextrè & clarè refuta-  
 tis, defendi & retineri possit: assiduis defini-  
 tionibus, distinctionibus, argumentis, & Elen-  
 chis opus est.

Itaq; Deus ipse, cùm doceri & disci veram  
 de se doctrinam, & veritatis corruptelas eui-  
 denter confutari iubet: simul etiam Dialecti-  
 ces studium, quæ sola omnem rectè docendi,

con-



S I Æ N E C E S S A R I A .

confirmandi & refellendi rationem monstrat, seuerissimè nobis præcipit & commendat Matthei 28.

1. Timoth. 3. Tit. 1. Oportet Episcopum διδασκαλὸν, id est, idoneum ad docendum esse: & constanter retinentem veram doctrinam, ut possit & exhortari per doctrinam sanam & contradicentes ἐλέγχειν, id est, dextrè & eruditè refutare, & erroris conuincere, euidenter monstratis locis & causis imposturarum, & deducto contradicente ad normas seu κριτήρια certitudinis, ubi se diuina voce ἐλέγξειν seu conuinci sentiat.

2. Tim. 1. iubet doctores Ecclesiæ ὑποτύπωσιν ἔχειν ὑγιαίνοντων λόγων, id est, certam formam seu methodum & summam veræ & sanæ de Deo doctrinæ habere, & commendare fidelibus hominibus, qui idonei sint ad alios docendos. Et paulò post iubet ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, hoc est, rectè secare seu rectè diuidere verbū veritatis. Nam in doctrina Christiana necesse est assiduè & accuratis limitibus distingui, Legem & Euangelion, Iusticiam fidei & politicam, peccata in sanctis manentia et non manentia, Ministerium Euangelij & gubernationem politicam, species legum diuersas, veram & falsam Ecclesiam & c.





D I A L E C T I C A.

Ac profectò in Ecclesia, si quis præceptor  
rem aut ducem; qui rectè definire & diuidere  
seu discernere diuersa & eruditè distinguere  
sciat, καὶ εἰς ἕρ καὶ ὡς πολλαὶ πεφυκότα  
ὄραρ, vt Plato loquitur: huius sibi tanquam  
Dei vestigia studiosè & reuerenter sequenda  
& colenda esse statuatur.

Itaq; propter Dei gloriam & Ecclesie sa-  
lutem diligentius etiam & studiosius Dialecti-  
cam discamus. Sicut & Plato hunc vltimum fi-  
nem Dialecticæ constituit, vt Deo grata, et ho-  
minibus salutaria dicere & facere possimus.

Verba Platonis digna memoria in Phædro  
hæc sunt: ἔαρ, μή τις κατ' εἶδη διαξειθεῖται  
τὰ ὄντα καὶ μιᾶ ἰδέα δυνατὸς ἢ καθ' ἕρ ἕκα-  
στον πρὶ λαμβάνειν, οὐποτ' ἔσαι τεχνικὸς λό-  
γῳ περὶ, καθ' ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ταῦ-  
τα ἴου μή πτε κτήσῃ) ἀνευ πολλῆς πραγ-  
ματείας. ἢρ οὐχ ἕνεκα τοῦ λέγειν & πράττειν  
πρὸς ἀνθρώπους δὲ διαπονέσθαι τὸν σόφρο-  
να, ἀλλὰ τ' θεοῖς κεχαρισμένα μὲν λέγειν  
δύνασθαι, κεχαρισμένως δὲ πράττειν τὸ πᾶρ  
εἰς δύναμιρ, hoc est, Nisi quis in species suas  
discernere res de quibus dicendum est, &  
vnamquamq; vna definitione complecti possit,  
nunquam, quo ad homini possibile est, Artem  
benè



FINIS.

benè dicendi assequetur. Hanc verò sine longo studio & diligentia nemo adipisci poterit. Quam non eo sine vir sapiens suscipere & colere debet, vt erga homines quæ oportet, decere & agere possit, sed vt DEO GRATA dicere & GRATA FACERE pro sua virili possit.

**Q**uod verò ad rationem rectè & utiliter discendi Dialecticam attinet: vt in omnibus cæteris artibus, et vitæ consilijs & actionibus rectè instituendis, ita in Dialectices etiam studio, Finem initio sibi propositum discentes habeant, ad quem velut ad metam, omnia Dialecticæ præcepta collineent, & in ijs rectè et accuratè agnoscendis potissimum elaborent, quæ maximo ad finem artis assequendum & exercendum vsui esse possunt.

Est autem FINIS DIALECTICÆ, & officium proprium, rectè discere & docere, hoc est, in omnibus doctrinis, rectè, ordine, & integrè, cuiuscunq; rei propositæ naturam investigare seu discere: & vera à falsis, certa ab incertis discernere & dijudicare: & rectè, ordinè ac perspicuè alios de re proposita docere.

Ad hunc finem Dialectices assequendum &  
G 5 exer-



## DI A L E C T I C A E.

exercendum, DVÆ PARTES artis, seu duo media & instrumenta, imprimis necessaria sunt, INVENTIO & DISPOSITIO, seu ΤΟΠΙΚΗ & ΚΡΙΤΙΚΗ.

INVENTIONIS partes seu Loci Decem sunt:

1. Nomen.
2. Definitio.
3. Divisio.
4. Causa.
5. Facta.
6. Subiecta.
7. Adiuncta.
8. Comparata.
9. Opposita.
10. Testimonia.

Hi Loci seu fontes Inventionis, prima & præcipua pars sunt Dialecticæ: & quatuor insignes utilitates in omni genere studiorum & vitæ adferunt.

Primum enim, monstrant rectissimam viam & ordinem discendi seu inuestigandi ac penitus cognoscendi cuiusq; rei naturam, ita vt nihil effugiat discentem, quod ad rem propositam rectè intelligendam & explicandam pertinet.

Secundò, Sunt eruditissima & optima Methodus



L O C O R U M U S U S.

Modus seu via dicendi, qua duce, omnia, de quibus inter homines quæri, disputari & dici potest, rectissimè docentur & explicantur.

Tertiò, Sunt indices & velut thesauri, ex quibus rationes & argumenta ad omnes quæstiones confirmandas aut refutandas accommodata, erui & depromi possunt.

Nec quicquam aliud sunt Loci Inventionis, in omnibus generibus causarum, in Rhetoricis, quàm horum decem locorum rivuli.

Quartò, Sunt regulæ certitudinis & regulæ ac amussis iudicij de varietate & falsitate propositionum in omni argumentatione: & sunt normæ refutationis falsorum argumentorum seu Sophismatum, quæ specie varietatis fucata, proponi solent.

Altera pars Dialecticæ est DISPOSITIO, cuius duo summa genera sunt, SYLLOGISMVS (nam ad hunc cæteræ argumentationis species omnes referri possunt) & METHODVS, seu dispositio multarum & variarum rerum, certa via et ratione progrediens, per quam facilius & rectius tota res doceri ac percipi potest. Ac in artibus constituendis METHODVS est certa via & ratio, aptè disponendi & ordine explicandi singulas integræ alicuius doctrinæ vel disputationis partes



ORDO TARTIVM.

partes: progrediens à certo initio per intermedia, donec ad finem & metam artis perueniat, & omnia præcepta suo quolibet loco collocata, sic inter se connectat, vt vnū veluti corpus artis integrum, constans omnibus membris rectè & eleganter inter se coagmentatis, absoluat.

Hæc forma constituendi & explicandi integras artes Methodus generalis vocatur: cuius pars seu organum est, Methodus specialis, quæ adhibitis instrumentis, definitione, diuisione, causis, effectibus &c. singulas materias seu partes integræ artis explicat & euoluit.

SYLLOGISMVS est vnus argumenti seu mediij aut probationis ex locis inuentæ, cum partibus quæstionis propositæ, apta & firma dispositio: quæ velut lydius lapis seu regula est, ostendens & dijudicans, an vera, certa et firma sit connexio in propositione dubia: an verò incerta, dubia, & fallax. Ideoq; ἡγομένη hæc pars Dialecticæ à veteribus nominatur, quia Syllogismus est amussis iudicij de quæstione proposita, quam veram aut falsam esse statuit.

Sunt autem partes Syllogismi PROPOSITIONES, quarum naturæ & varietati explicandæ peculiaris liber vsitatè tribuatur. Sed iudicium de propositionibus, an veræ aut falsæ sint:



D I A L E C T I C A .

sint : ex quatuor illis ugi<sup>o</sup>gior<sup>o</sup> certitudinis, & locis Dialecticis potissimè sumitur.

Hæc summa & breuissima artis Dialecticæ partitio & epitome est. Cum qua, etiam si uisitata tradendi ratio nonnihil discrepare uideatur, in qua partes Dialecticæ recitantur, Definitio, Diuisio, Argumentatio, & Refutatio : & prædicabilium, prædicamentorum, definitionum, & diuisionum doctrina seorsim à locis Dialecticis tractari solet, tamen summa explanationis ferè eodem redit. Cuius Series & ἀνορθία, ut à rudioribus intelligi rectius possit : breuiter ostendam, quo ordine præcepta in Erotematis Dialecticæ D. Philippi distributa sint.

Cùm enim subiectum Dialectices sit Quæstio, hoc est, omnis res, de qua quæri, disputari, doceri, aut dici potest : & in omni re inuestiganda aut explicanda, primùm quærat<sup>ur</sup> quid res sit, & quæ sint partes rei ? omnium primò in Dialecticis doctrina Definitionum, & Diuisionum tradi debet. Sed quia omnis definitio ex genere & differentia seu proprietatibus certis constat : primùm in Dialecticis hæc uocabula declarantur ex Topicis sumta, genus, species, differentia, proprium &c. & proponuntur Tabellæ Prædicamentorum, in quibus ferè omnes

nes



D I A L E C T I C A E

nes res definiendæ, in tota vniuersitate naturæ certa serie inter se distributæ sunt, vt vno conuultu tota naturæ rerum varietas certis finibus inclusa, & præcipuarum artium metæ cerni, et ex hisce tabellis genera in definitionibus constituendis depromi possint.

Cumq; in definitionibus perpetuò inferiores & angustiores voces seu species, per alias communiore, videlicet, genera, explicandæ sint: Prædicabilia, in ordinibus prædicamentorum, seu rerum cognatarum velut classibus, discernunt rerum vocabula, prout magis aut minus communia sunt, perinde ac si in scalis tribuerentur nomina distinctis gradibus, prout alij superiores, alij inferiores essent: & ostendunt, quæ vocabula rectè alijs iungi aut non iungi possint, quæ necessariò, quæ non necessariò cohereant. Sic prædicabilium & Prædicamentorum doctrina seruit definitionibus & diuisionibus: qui primi et præcipui Dialecticæ inuentionis loci methodi instrumenta sunt. Itaq; statim vsus horum præceptorum, in methodo seu via rectè & ordine explicandi quæstiones seu res simplices, in fine primi libri Erotematum Dialecticæ demonstratur.

Cum autem proximo loco, de tertia Dialecticæ parte, videlicet de Argumentatione,  
qua



PARTES.

quæ præcipuum coniunctæ quæstionis tractan-  
 dae instrumentum est, dici oporteret: prius toto  
 secundo libro de Propositionibus, quæ partes  
 sunt argumentationis, agitur. Postea primum,  
 tertio libro, de Argumentationis forma, seu di-  
 spositione & connexionem seu consequentia pro-  
 positionum in Syllogismis simplicibus & con-  
 iunctis, & cæteris speciebus argumentationis,  
 præcepta traduntur. In Quarto libro de mate-  
 ria argumentorum & locis Dialecticis autor  
 differit, ex quibus, media, seu probationes, in ar-  
 gumentatione depromi solent: Et de κριτηρι-  
 οῦ seu normis certitudinis, ex quibus de propositio-  
 num syllogismi veritate aut falsitate iudicatur.

Postremò, Quartam Dialecticæ partem de  
 Confutatione, seu rationem vitiosa argumenta  
 soluendi attexit.

Hoc ordine in scholis vsitatè præcepta Di-  
 alecticæ, ad Organi Aristotelici seriem magna  
 ex parte disposita, doceri solent. Cum quo etiam  
 vetus Diuisio Dialectices in τοπικὸν & κρι-  
 τικὸν, id est, INVENTIONEM & iudicium,  
 congruit, quam Cicero et Quintilianus reci-  
 tant. Cùm enim Dialecticæ seu rationis benè dis-  
 ferendi partes sint, definitio: diuisio: argumen-  
 tatio, vel ἀπὸ ἐκ δυνάμει seu necessaria, vel διαλεκ-  
 τικὴ seu probabilis, vel σοφιστικὴ seu falsa et fal-  
 sorum,



EXERCITATIO

forum argumentorum ἀνάλυσις vel refutatio :  
 Harum partium omnium materiam suppeditat  
 τοπικὴ seu inuentio, cuius præcepta in primo et  
 quarto Dialecticæ traduntur. Nam ex topica  
 seu locis, omnium definitionum, diuisionum &  
 argumentationum materia depromitur.

Et has partes omnes expendit & gubernat  
 ΙΥΔΙCΙΥΜ, vel de Materia seu Inuentione  
 ipsa, seu propositionibus, an veræ vel falsæ sint:  
 cuius iudicij normæ sunt quatuor κριτήρια cer-  
 titudinis & loci Dialectici : Vel de forma seu  
 dispositione Inuentionis, seu connexionem et con-  
 sequentiam propositionum in argumentatione, cu-  
 ius normæ sunt præcepta de Syllogismo & re-  
 gulæ consequentiarum. Vel de plurium & va-  
 riarum rerum ac argumentorum dispositione,  
 cuius normæ sunt leges Methodi.

Sed de ordine et modo tradendi præcepta  
 Dialecticæ, modò vera, vtilia, propria, et me-  
 diocriter disposita tradantur, non opus est inci-  
 pientes nimium anxios esse.

De vsu potius et exercitatione Dialecticæ,  
 in hominum sapientum scriptis et disputationi-  
 bus rectè intelligendis ac explicandis, et in omni  
 nostra oratione, scripto, aut disputatione, pru-  
 denter et rectè componenda, solliciti simus.

Non



## D I A L E C T I C A .

Non enim eò discuntur præcepta Dialecticæ, tantum ut sciantur, vel ut in membra & Scholis homines ociosi de ijs digladiari possint, sed ut in usum & aciem producantur, in explicatione doctrinæ de Deo, & omnium artium studijs, & negotijs Reipub. & communis vitæ rectè tractandis, quæ ratione & ordine & oratione potissimum reguntur.

Est igitur hæc utilissima & vnica Dialecticæ rectè discendi ratio, ut Primum, Præcepta Artis, de locis Inventionis, de Syllogismo, de Ratione soluendi & Methodo, maximè necessaria, & utilia, & exemplis perspicuis illustrata, ex vnico tantum libello eruditè summam artis complectente, integrè ad verbum ediscantur, & in animo memoriaq; penitus infixæ teneantur.

Deinde exercitatio accedat, quæ in discendo, in scribendo, in disputando, in docendo, in retexendis & explicandis aliorum scriptis & disputationibus, præcepta Dialecticæ in actum & usum deducat.

Quatuor autem genera sunt exercitationis Dialecticæ, in quibus præcepta artis benè cognita, etiam iuniores, ad rerum magnarum tractationem & usum, rectè et utiliter transferre poterunt.

H, Primum



## EXERCITATIO

Primum, In discendis Artibus, ad quas de consilio præceptorum aut parentum singuli adhibentur, aut alioquin in communi vita, Quæcunq; res seu quæstio simplex ad cognoscendum proposita fuerit: eam per Decem Locos Inventionis seu quæstiones Methodi ordine ducere & explicare studeant.

Et primum, Nomen rei, seu vim et proprietatem vocabuli. 2. Definitionem rei. 3. Divisionem seu partes rei, & singularum definitiones. 4. Causas Efficientes, Adiuuantes, Materiam, Formam, Fines seu vsus. 5. Effectus 6. Subiecta. 7. Adiuncta. 8. Comparata seu similia & exempla. 9. Opposita seu pugnancia, ultimo Testimonia inuestigent & patefaciant, quantum cuiusq; rei natura patitur. Non enim omnes materiae per omnes locos duci possunt.

Huius primæ exercitationis Dialecticæ illustria exempla studiosi proposita habent in quotidianis Læctionibus doctrinæ Christianæ, cuius singulas partes seu locos, vt de Deo, de lege Dei, de peccato, de Bonis operibus &c. hac methodo Dialectica in Examine ordinandorum euolui & illustrari audiunt.

Sic Cicero summam doctrinæ Philosophicæ de Deo, in lib. 2. de natura Deorum: doctrinam de virtute in officijs; Doctrinam de Affectibus



## DIALECTICÆ.

bus in 4. Tusculana, hac simplici & rectissima  
methodi Dialecticæ via explicauit.

Eadem methodo omnes doctrinæ Physicæ  
locos perspicuè & luculenter exposuit Iohan-  
nes Velcurio. Et pleræq; virtutum appellatio-  
nes, iuxta hos Inventionis & Methodi Diale-  
cticæ locos, in Ethicis declaratæ sunt, et in libel-  
lo, cui titulus est *Regulæ Vitæ*.

SECUNDO. Cùm quæstio aliqua seu The-  
ma coniunctum, discendi aut disputandi causa  
proponitur: operam dent studiosi, vt ex locis  
Dialecticis medium inueniant, seu probatio-  
nem, seu Argumentum, quod cùm partibus quæ-  
stionis legitimè dispositum, ostendat, an propo-  
sitis vera aut falsa sit, vel an prædicatum &  
subiectum rectè aut perperam inter se coniun-  
gantur.

Vt autem hæc ratio contexendi Syllogismos  
& confirmandæ aut refutandæ quæstionis con-  
iunctæ, facilius & rectius à studiosis exerceri  
possit: viam quandam & rationem eius susci-  
piendæ breuissimè ostendam.

Cuiuslibet Quæstionis aut propositionis duæ  
sunt partes seu dictiones simplices, videlicet,  
Subiectum & prædicatum.

Harum vtramq; adolescens ducat ordine  
per locos inuentionis seu quæstionis Methodi:

H 2 & inc



EXERCITATIO

Et inuestiget aut conquirat, primùm Subiecti, deinde Prædicati definitionem, genus, species, differentiam, proprium, partes, causas, effectus, adiuncta, cognata, pugnantia, &c.

Inuentam definitionem, partes, causas effectus, primùm disponat adolescens cum Prædicato Questionis propositæ, & habebit Maiorem in Syllogismo.

Deinde eandem definitionem, partes, causas, &c. iungat Subiecto questionis, et habebit Minorem. Inde Conclusio sua sponte sequetur.

EXEMPLI CAUSA.

Anabaptistæ quæstionem mouent, An Magistratum genere Christiano concessum sit.

Partes Quæstionis simplicis sunt, Magistratus, & concessum esse Christiano. Hæc duo vocabula duco per locos Dialecticos, quantum cuiusq; natura patitur. Et primùm subiectum seu vocabulum Magistratus.

1. Definitio. Magistratus est potestas à Deo ordinata, & armata gladio, vt sit custos & executor legis, & defendat innocentes, & sceleratos puniat.

Genus est, potestas à Deo ordinata.

Species sunt, Reges, Principes, Iudices, Consules, &c.

Causa



*Causa efficiens est, Deus instituens & approbans Magistratum.*

*Effectus seu officia sunt custodire & exequi legem Dei in genere humano, tueri pacem, punire sceleratos, defendere innocentes.*

*Exempla sunt, David, Iosias, Constantinus magnus, Theodosius, &c.*

*Hæc singula disponam, primò cum prædicato, deinde cum subiecto Quæstionis propositæ.*

1. *Definitionem. Potestatem à Deo ordinatam &c. legitimè gerere Christianis licet. Magistratus est potestas à Deo ordinata, &c. Ergò Magistratum gerere Christianis licet.*

2. *Species. Regis aut Principis aut Iudicis officium obire Christiano licet: vt scriptum est, Reges erunt nutricij tui. Et nunc Reges intelligite, erudimini iudices terræ: Seruite Domino in timore &c. 2. Paralip. 19. Iudicium Domini exercetis.*

*Reges, Principes, Iudices, sunt Magistratus. Ergo Magistratum gerere Christiano licet.*

3. *Causam efficientem. Omnia quæ Deus instituit & approbat, sunt concessa Christianis, pro cuiusq; vocatione.*

*Magistratum Deus instituit & approbat.*

*Ergo:*

H 3

4. Effi-



## EXERCITATIO

4. *Effectus.* Custodire legem Dei, tueri pacem, punire improbos, & defendere bonos, est concessum Christianis, Magistratus est custos legis Dei & pacis, & est honori bono operi & terrori malo. Ergo Magistratum gerere Christianis concessum est.

5. *Exempla.* David, Iosias, Ezechias, Constantinus Magnus, Theodosius, fuerunt Christiani.

David, Iosias, &c. fuerunt Magistratus. Ergo Magistratum esse Christianis concessum est.

*In prima Tusculana quaestio est, An anima sit mortalis.*

*Argumentum seu probatio ex causa praedicati materiali, videlicet mixtione elementorum sumta, Disponatur primò cum Praedicato. deinde cum subiecto, & existet Syllogismus secundae figurae. Omne mortale seu corruptibile compositum est ex elementis.*

*Anima hominis non est composita ex elementis, quod probatur ex actionibus animae mirandis & inorganicis.*

*Ergo anima hominis non est mortalis.*

*Sed haec exempla in ipsis Dialecticæ præceptis, & enarratione Autorum, rectius fortasse quam hoc in loco recitantur.*

TERTIUM, *Exercitationis Dialecticæ genus*



## D I A L E C T I C A.

genus est Ἀνάλυσις, qua aliorum Auctorum Scripta & Disputationes, sapienter aut secus contextas, resolvimus, & ad normam præceptorum Dialecticæ expendimus & iudicamus, hoc modo, ut in omni Auctore bono, in omni scripto & disputatione nobis ad cognoscendum aut explicandum proposita, primum Quæstionem seu Propositionem totius scripti summam continentem, excerpamus. Deinde præcipua membra & argumenta, & ex quibus locis ea ducta sint, consideremus. Tertio nuda argumenta formis Syllogismorum inclusa, & ad Leges Syllogismi accommodata iudicemus, an propria, certa, vera et consentanea sint, an verò aliena, falsa, in consequentia existant.

Ornamenta verò, quæ accesserunt, et simul verborum significationes, & pondera, phrasæ, & Figuræ verborum, sententiarum, & amplificationum, præceptis & legibus artis Rhetoricæ & Grammaticæ examinantur.

Habent autem Adolescentes illustra huius tertij generis exercitationum Dialecticæ exempla, in omnibus Disputationibus Orationum Ciceronis, & Epistolarum Pauli, & enarrationibus Auctorum, quos in Scholis explicari quotidie audiunt.

QVARTO. Ad usum transferri præcepta

H 4

Dia



S C R I P T O R E S

*Dialecticæ à studiosis possunt, in quotidianis DISPUTATIONIBVS, & aliorum etiam argumentis, ex quibus Locis ducta sint, & an ad regulas & leges Syllogismi, qui velut Lydius lapis est omnis iudicij de consequentia, congruant. Hæc disputationum, præsertim de rebus bonis & illustribus, exercitia, & ingenium mirificè acuunt & confirmant iudicium, & celeritatem quandam ac facilitatem in negotiorum fontibus perspiciendis & argumentis sagaciter inuestigandis & arte disponendis adferunt. Et dicendi etiam facultatem ac extemporalem facundiam alunt.*

*Hactenus de primo fonte & fine Artis Dialecticæ, & de vtilissima ratione discendi, & ad vsum transferendi artis præcepta, breuiter admonuimus.*

N V N C D E S C R I P T O R I B V S  
D I A L E C T I C Æ præcipuis et lectione dignis.  
*Ac primò de ijs, qui elementa & summam artis tradiderunt: postea de Aristotelis Organo eiusq; interpretibus, pauca adiungemus.*

*Vsitatissima verò in harum regionum Scholis, & haud dubiè discentium studijs vtilissima sunt præceptoris Philippi Erotemata, in quibus & præcepta Dialecticæ, ad rectè iudicandum  
& di-*



& dicendum imprimis necessaria prudenter & dextrè selecta sunt, prætermisissis argutijs, quarum nullus ferè aut rarissimus in disertorum oratione vsus est: Et addita sunt præceptis illustra Exempla, quæ vsum artis eruditissimè ostendunt, & simul de optimis rebus ex omnium doctrinarum genere sumtis, & de multis horum temporum controuersijs difficilibus, iudicia adolescentum erudiunt & informant.

Primus autem ante annos 80. artem Dialecticam, ex tenebris & labyrinthis prioris ætatis, in lucem & aciem eduxit, et vsum eius monstrauit RODOLPHVS AGRICOLA, tribus libris ingeniosè, & pura ac splendida oratione Latina scriptis: qui totam ferè artem Dialecticam, & simul Inventionis ac dispositionis Rhetoricæ præcepta & exempla insignia complectuntur.

Nec scio, an vsquam alibi, vsus locorum seu ratio inuestigandi ex locis argumenta, & inueniendi medium syllogismi, clarius & copiosius explicetur, quàm in aureis illis 19. 20. 21. capitibus libri 2. Quæ multò faciliorem & vberiore copiam, inueniendi media syllogismorum seu argumenta & probationes, suppeditare, quàm nobile illud prioris Analytici caput, πρὸς εὐπορίας πρὸς ἀσέωρ, & Schema



S C R I P T O R E S

ipsum, quod Pontem Asinorum vocare solent  
omnes sani ex collatione facile perspicient.

Fideliter etiam et erudite hac nostra aeta-  
te, tum praecepta Dialectica eruditissimis ac insigni-  
bus exemplis illustrata, tum rectissimam ratio-  
nem ea discendi et ad usum transferendi, tri-  
bus libris explicavit IODOCVS VVILLI-  
CHIVS, qui et Aristotelica praecepta, quorum  
in iudicando et differendo creberrimus usus  
est, ferè omnia complexus est: Et praeter cæte-  
ris, quorum hoc tempore libelli extant, eruditam  
Confutandi, seu aliorum argumenta ex fonti-  
bus locorum diluendi rationem, adhibitis insi-  
gnibus exemplis, diligenter et prolixè toto libro  
tertio monstravit: Et tribus figuris Syllogis-  
morum ab Aristotele traditis, quartam adiun-  
xit, in qua medius terminus in maiore Prædica-  
ti, in Minore Subiecti locum obtinet: Quam  
dispositionem Medij et ἀκολουθία propositionem  
congruentem ad modos Barmana, Camene,  
Dimrai, et Frimeno, non minus constantem  
et legitimam ac certam esse, quàm in tribus  
reliquis figuris, et à Cicerone et alijs veteri-  
bus frequentissimè usurpari, constat.

Eruditissima verò et elegantissima oratio-  
ne latina, et subtilitate explicationis eorum,  
quae acutè et copiosè ab Aristotele tradita sunt,

omnes



D I A L E C T I C A.

Omnes cæteros vincit IOHANNES STURMI-  
VS, qui omnes Aristotelis præceptiones ad per-  
spiciendum, quale quidq̄ sit, et eruditè differen-  
dum vriles, libris quatuor comprehendit, & si-  
mul perspicuè & subtiliter interpretatus est.  
Et præter ea, quæ in scholis Aristotelicorū Dia-  
lecticis vulgò traduntur, de demonstratione et-  
iam Dialectica copiosius & subtilius explica-  
uit: & totam illam prolixam prioris Analytici  
partem, quæ plus in se obscuritatis & argutia-  
rum, quam utilitatis habere vulgò iudicabatur  
(de mixtione propositionum categoricarum &  
Modalium in singulis syllogismorum figuris)  
manifestè & dilucidè lib. 2. patefecit, & addi-  
tis exemplis vsum eius indicavit.

CÆSARIVS etiam omnia ferè artis Dia-  
lecticæ præcepta, ordine Aristotelico complex-  
us est decem libellis, ad primæ ætatis captum  
scriptis, ex quibus ego cum in Academia Tubin-  
gensi publicè prælegerentur, prima elementa  
Dialecticæ puer didici. Huic in tradendo ferè  
par est FRANCISCVS TITELMANVS.

VALLAM propter multorum vocabulorū  
eruditas et Grammaticas enarrationes, et censu-  
ram de vulgaribus præceptis, quæ ipsa tamen  
acri iudicio cēsenda est, utiliter studiosi legent.

TRAPEZONTIVS τῆς κριτικῆς πρæ-  
cepta



S C R I P T O R E S

cepta breuiter complexus est: τοτικῶν planè  
omisit.

Nemo autem post Philippum (quod absq̄,  
inuidia & saluo cuiusq̄, meliori iudicio dictum  
velim) vsum artis Dialecticæ, in disertorum  
Poëtarum & oratorum scriptis rectè intelligen-  
dis & explicandis, facilius et vberius ostendit,  
quàm PETRVS RAMVS: Qui etiamsi or-  
dine præceptorum & tradendi ratione nonni-  
hil à vulgari consuetudine in Scholis recepta  
discedit: tamen haud dubiè, Præceptorum,  
quæ imprimis ad rectè iudicandum et differen-  
dum necessaria sunt, paucitate & facilitate,  
Et exemplorum illustrium bonitate, copia &  
perspicuitate: & ostensa ratione Exercendi  
præcepta in Analysis, seu retexendis et iudican-  
dis aliorum Scriptis & disputationibus, et pro-  
prijs componendis: multis alijs antecellit.

Postquàm verò hæc initia & summam ar-  
tis Adolescentes ex vnico libello, vel solius  
Philippi, vel V Villichij, vel Sturmij, vel Ra-  
mi, &c. perceperint: ad Aristotelis lectionem  
deinceps accedent, Qui perfecisse hanc artem,  
qua in omnibus artibus vtimur, eamq̄, integram  
existimatur complexus esse sedecim libris, qui-  
bus ORGANI nomen inditum est.

Vt



## D I A L E C T I C A .

*Vt enim in mechanicis artibus nihil sine instrumentis, ac præcipuè sine manu, quam ὄργανον πρὸς ὄργάνων alibi Aristoteles nominat, effici potest: Ita in omni genere doctrinarum & Artium, Dialectica commune Organum seu instrumentum est, ad rectè discendum, iudicandum & differendum de omnibus rebus necessarium.*

*Possunt autem Argumenta Sedecim librorum Organi Aristotelici hoc modo breuiter comprehendi. Nam Isagoge de quinque vocibus seu prædicabilibus, non ab ipso Aristotele scripta, sed à Porphyrio, qui annis amplius quingentis post Aristotelem vixit, ex Topicis Aristotelis collecta est.*

### ARGUMENTVM ET DISPOSITIO Organi Aristotelici.

*ORGANON Dialecticæ hunc finem habet propositum, vt de omnibus rebus, quarum cognitio expetenda est, rectè & eruditè differere & argumentari possimus. Huius rei efficiendæ instrumenta, seu partes Dialecticæ, duæ sunt, Inuentio et Iudicium, vel de Materia, vel de Forma, seu dispositione Argumentorum.*

*Inueniendi doctrinam, à veteribus acceptam  
Aristo-*



Aristoteles, partim in κατηγορίαις, quas ab Archyta Pythagoreo primùm in Decem genera distributas esse, Simplicius & Boëtius testantur: partim in secunda Sectione primi priorum: vberrimè autem in Topicis, posterioribus Analyticis & Elenchis, duodecim ferè totis libris explicauit.

Cùm enim Materia Argumentorum triplex sit, Necessaria, Probabilis, & Falsa seu Sophistica: rationem constituendi artes, et inueniendi demonstrationem, seu vera, necessaria, et immota argumenta, IN POSTERIORIBVS ANALYTICIS tradit: Qui inter cæteros Aristotelis Dialecticos Libros, velut Hesperus inter stellas, dignitate & vsu latissimè manante, excellunt. Tametsi in his quoq; multa sunt plus curiosæ subtilitatis, quàm solidæ utilitatis habentia: vt de infinitate Medij, de demonstratione Definitionis &c. De quibus summa & fine ac vsu artis rectè cognito, facilè iudicari potest.

Rationem Inueniendi de proposita quaestione probabilia Argumenta, copiosè euoluit octo libris TOPICIS, ac in secundo, circiter trecentas Maximas, vt in Scholis vocant, seu Catalogum Locorum recenset, ex quo in Ciceronis Topicis, & 2. de Oratore, series locorum descripta est.

De



ARISTOTELIS.

De SOPHISMATIBVS componendis,  
& eruditè dissoluendis, DVO Elenchorum librè  
præcipiunt.

De FORMA seu dispositione & cōnexio-  
ne Terminorum & propositionum Syllogismi in  
PRIORIBVS ANALYTICIS præcepta  
trahit. Ac primùm Genesin, seu rationem com-  
ponendi Syllogismos in singulis Figuris, Secun-  
dò Rationem inueniendi Medi, Tertio Analy-  
sin vtriusq; demonstrat. In secundo Primorum  
initio de varijs potestatibus seu proprietatibus,  
Secundò de vitijs Syllogismorū, Tertio doctri-  
nam de reliquis speciebus argumentationis, En-  
thymemate, Inductione & Exemplo pertexit.

Liber πρῶτῃ ἐξηκνεῖα, Grammaticam do-  
ctrinam de Propositione, quæ etiã in principio  
Analyticorum traditur, et nobilem illam quæ-  
stionem, de futuris contingentibus, explicauit.

Sunt & quatuordecim METAPHYSI-  
CORVM libri magna ex parte Dialectici, par-  
tim etiam Grammatici, vt reuerendū præcepto-  
rem nostrū Philippum iudicare memini: Qui  
hoc etiã addebat, vtilissimam Metaphysicorum  
partem esse Grammaticas enarrationes 32. vo-  
cabulorum πολυσήμων in lib. 4. Et doctrinam  
de causis seu κριταίοις veritatis & certitudi-  
nis rerum in lib. 3. & 10.

Me-



S C R I P T O R E S

*Memini ab eodem, commentarium Bursæ Montis Coloniensis, in totum Aristotelis Organum, præ cæteris Scholasticorum commentis laudari, & mihi Organon Aristotelis priuato studio euoluenti, vna perlegendum tradi.*

*Non inutilis autem studiosis prouectioribus, ad formandum iudicium de præceptis & vsu artis, erit Animaduersionum Petri Kami lectio, in quibus etsi scrupulosius nonnihil & iusto vehementius Aristotelem exagitat, sicut ipse Aristoteles, nullius eorum Philosophorum, qui ante ipsum vixerunt, nemini pepercit: tamen simul breuem & eruditam totius Organi Enarrationem complectitur, Et sententiam ac vsum præceptorum Aristotelis, præsertim in posterioribus Analyticis, multò dexterius & clarius demonstrat, quàm multi ex veteribus Aristotelis Interpretibus, Qui præcepta ab Aristotele coaceruata, subtiliter quidem & copiosè explicant, sed vsum artis in Retexendis et Explicandis sapientum & disertorum hominum scriptis et disputationibus, et proprijs componendis, nullum ferè ostendunt. Sicut Aristoteles etiam, ea de causa obscurior est, quòd in Analyticis et alibi, non illustra et significantia ac vtilia, sed Abcdaria tantùm exempla, Geometras (quibus tamen certi aliquid  
literæ*



D I A L E C T I C A E.

literæ illæ significant) imitatus vsurpat: Et necessarijs præceptis multas miscet argutias, quarum non ita magnus in iudicando & differendo vsus est: Quas interpretes postea, Alexandrum Aphrodiseum, qui 200. post Christum natum annis floruit, secuti, & ῥαψωδίας λεπτολογικῶν τῶν coaceruantes, auxerunt.

AMMONIVS Porphyrij quinque voces, & Aristotelis κατηγορίας πρὸς ἑρμηνείας verbosissimis commentarijs illustravit, circa annum Christi 300.

IOHANNES PHILOPONVS, cui Grammatici cognomen honoris causa tribuitur, Quatuor Analyticos libros, fusissimè enarravit. Vixit autem circa annum Christi 600. sub Phoca Imperatore, & contra Calcedonensem Synodum scripsit: teste Nicephoro lib. 18. cap. 45. 46. 47.

Posteriores Analyticos THEMISTIVS etiam (quem diligentissimum scriptorem esse et lucidum, & omnia ad facilitatem intelligentiæ reuocare, Boëtius etiam testatur) paraphrasi erudita explicuit, circa annum Christi 360. Et digna lectione sunt in secundum posteriorum EVSTRATII Episcopi Niceni commentaria, quæ Philopono vsitatè coniungi solent.

I                      Alex.



SCRIPTORES

ALEXANDER ipse, *Topica Aristotelis & Elenchos*, & priorem *Analyticum*, eruditè & subtiliter interpretatus est. Et plerisq; cæteris Aristotelis interpretibus Græcis antefertur: excepto SIMPLICIO, qui circa annum Christi 600. vixit, & omnia superiorum scripta legit, eaq; sæpissimè citat, & censuram ac iudicium de illis suum liberè exponit.

Huius in *Categorias* tantum absolutissima commentaria & lectione dignissima mihi videre & legere hætenus licuit. Nec scio an plures ipsius *Dialectici* libri extent.

Ex latinis Boëthius, *Isagogen Porphyrij*, *Aristotelis Categorias* & τῶν ἐπιπέδων & *Ciceronis Topica*, eruditissimis enarrationibus illustravit. Et peculiare libris de *Differentijs Topicis*, de *Syllogismo Categorico & hypothetico &c.* edidit, circa annum Christi 480. De quo Autore Philippi iudicium studiosis notum sit, hisce verbis expressum: Extant scripta Boëthij, de præcipuis disciplinis, ex quibus iudicari potest, fuisse eum omnium Romanorum, quorum reliqua sunt Scripta, eruditissimum. Ad hoc decus addidit & veræ de Deo doctrine professionem. Ideo hortandi sunt studiosi, ut eius libros legant &c.

Fuit autem Alexandro Aphrodisæo, cuius  
paulò



D I A L E C T I C A E.

paulò antè mentionem feci, ferè σύγγραφον  
 seu paulò superior GALENVS Medicus, qui  
 vsum Methodi Dialecticæ, instituendis & ex-  
 plicandis artibus, & aliorum Disputationibus  
 dijudicandis, multò rectius & splendidius, tum  
 præceptis, tum exemplis illustribus demonstra-  
 uit, quàm omnes organi Aristotelici Interpre-  
 tes in vnum collati, Sicut non modò ex eo, quod  
 libros Quindecim de Dialectica demonstratio-  
 ne scripsit, quorum sæpiß: mentionem facit, sed  
 etiam ex libris, qui adhuc supersunt, ex Con-  
 stitutione artis Medicæ: & parua Arte, vt  
 vocant: Methodo Curandi: Et præcipuè ex No-  
 no de Hippocratis & Platonis dogmatibus libro  
 perspicuum est, in quo non Dialectica tantum  
 præcepta, valde multa & vtilia, & exemplis  
 insignibus illustrata recitat: verum etiam scri-  
 ptores Dialecticæ inter se conferens, Platonem  
 & Hippocratem affirmat in hac arte omnium  
 Philosophorum Principes fuisse, seu vt ipsius  
 verbis vtar, κἀριστὰ τῆς ἀρίστης πλὴν πρὸς τὰ  
 τεχνικὰ μεταχειρίσασθαι.

Idq, insignibus Testimonijs & exemplis,  
 ex Phædro, Philebo, Sophista, Politico, & li-  
 bris de Republica citatis, comprobatur.

Inesse autem eximiam & singularem quan-  
 dam dignitatem, vtilitatem et maiestatem, Pla-



tonis de Dialecticæ dogmatibus, ex duobus etiam Locis, quos supra de causa Efficiente, et sine Dialecticæ citavi, apparet.

Itaq; hortor studiosos, ut Phædrum in primis, et Philebum Platonis, in quibus præcepta de Methodo rectè discendi et docendi verè aurea traduntur, diligenter et attentè legant. Ex quibus, duo tantùm alliciendi ad librorum Platonis lectionem, Auditoris causa, adscribam.

Σκόπε τί ποτε λέγει Ἰπποκράτης τε ὁ ἀληθὴς λόγος. ἄρ' οὐχ ὡς ἡ διανοεῖσθαι πρὸς ὁτουδ' φύσεως, πρῶτον μὲν, ἀπλῶν. ἢ πολυαδῆς ὄσιμ, οὐ περί βελησόμεθα εἶναι αὐτοὶ τεχνικοί, καὶ ἄλλας δυνατοὶ ποιεῖν. ἔπειτα δὲ, ἔαρ μὲν ἀπλῶν ἢ, σκοπεῖν τὸ δύναμις αὐτοὶ, τίνα πρὸς τι πέφυκεν εἰς τὸ δεῖν ἔχειν, τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπὸ τ'. ἔαρ ἢ πλείω εἶδη. ταῦτα ἀριθμησάμεντες, ὅπως ἐφ' ἐνός, τὸτ' ἰδεῖν ἐφ' ἑκάστῳ τὸ, τί ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν, ἢ τὸ τί παθεῖν ὑπὸ τσ. Φύσιν κινδυνεύει, ὡς Σώκρατες. Σω. Ἡγοῦν ἄνευ τούτων μέθοδος, εἰκοίαι ἄρ' ὡσπερ τυφλῶ πορεία: ἀλλ' οὐ μὴν ἀπεικασέοντο γὰρ τέχνη μετίοντα ὁμῶς τυφλῶ οὐδὲ καφῶ.

Et paulò antè.

τούτων δὲ τίνων ἐκ τύχης ῥηθέντων δύναμις εἶδοι, εἰμ αὐτῶ πῶς δύναμις τέχνη λαβεῖν



ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΑ.

Βῆρ δύνατότις, οὐκ ἄχαρι. φαῖ. τίνων δὴ  
 σω. εἰς μίαν τε ἰδέαν σωροῶντα ἄγειν τὰ  
 πολλαχῆ διεσπασμένα, ἵνα ἕκαστον ὀριζόμε-  
 νῳ, δῆλον ποιῆ πρὶ οὗ ἅν αἰεὶ διδάσκειν  
 ἐθέλη. ὡσπερ τανῦν δὴ πρὶ ἔρωτῳ ὁ ὄσιμ  
 ὀριθεῖν, εἰ τ' εὐεῖ τε κακῶς ἐλέχθη. τὸ γὰρ  
 ἀφέει τὸ αὐτὸ αὐτῷ ὁμολογῶντων, διὰ  
 ταῦτα ἔχειν εἰπεῖν ὁ λόγῳ. φα. τὸ δ'  
 ἔτορον δὴ εἶδος τί λέγεις ὦ Σώκρατες. σω.  
 τὴν πάλιν κατ' εἶδη δύναντος διατέμνειν κατ'  
 ἄρθρα, ἢ, πέφυκε. καὶ μὴ ἐπιχερῆν κατα-  
 γνύνααι μέρῳ μηδὲν, κακῶς μαγεῖται τῷ πῶ  
 ἄρῳ.

τούτων δὴ ἔγωγε αὐτὸς τε ἔρασις ὦ  
 φαῖδρε τῶν διαίρεσεων, καὶ συναγαγῶν ἴμ  
 οῖος τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν. εἴμ τ' εἴ τίνα  
 ἄλλοι ἠγίσομαι δυνατόν εἰς ἔρῳ ἢ πολ-  
 λὰ πεφυκότα ἄρῳ, τῶν δὲ δῶκω κατόπι-  
 δε μετ' ἰχνιόρῳ τε δεοῖο. καὶ μὲν τοι καὶ  
 τοὺς δυναμένους αὐτὸ δρῶν, εἰ μὴν ὀρθῶς ἢ  
 μὴ προαγρεύω, δεῖς οἶδε: καλῶ δὲ οὐρ  
 μέχρι τῶ δὲ διαλεκτικῶς.

*U*m de Rhetorica, et studio linguarum  
 Graecae et Ebraeae, utiliter instituendo  
 commonefactiones nondum acceperimus: inse-  
 rere



## DE RATIONE

*vere loco illarum Regulas, quamvis imperfe-  
ctas, de Ratione discendi, ab eodem Autore  
traditas, libuit, in quibus Rhetoricæ etiam &  
Græcæ linguæ mentio fit.*

## REGVLÆ DE RATIONE DISCEN- DI ET STUDIIS RECTE IN- STITVENDIS.

**I***N omnibus vitæ consilijs, studijs & actioni-  
bus rectè instituendis, necesse est, Finem certū  
& metam habere propositam, ad quam velut  
ad scopum labores suscepti dirigantur, ut Plato  
inquit, μή πλανᾷς ἰδὲ πρὸς πολλὰ σοχα-  
ρομῶνον ἀλλ' εἰς ἓν ἀποβλέποντα, πρὸς  
τὸτο αἰεὶ τὰ πάντα διορ θέλη ἀφέναι.*

*Finis autem studiorum & totius vitæ hu-  
manæ præcipuus & vltimus est, vera DEI ag-  
nitio et celebratio, seu Pietas vera, ut scriptum  
est, omnia ad gloriam Dei facite: & dulcissimè  
in veteri versu dicitur, ἀρχὴν ἅπαντων ἡμεῶν  
τέλος ποίει Θεός. Proximi verò & immediatè  
studiorum nostrorum Fines duo sunt, Sapiëntia  
seu cognitio Rerum, et Eloquentia seu facultas  
rectè dicendi ac scribendi. Ad hosce duos Fines  
omnia*



D I S C E N D I.

Omnia nostra studia, omnes lectiones, exercitia, lucubrationes, & in summa, omnes discendi labores dirigi & referri oportet.

R E R V M omnium cognitu necessariam doctrinam, Q V A T V O R A R T E S continent.

I. T H E O L O G I A, cuius Catechesin seu elementa prima, & locos præcipuos, non à studiosis sacrarum literarum tantummodo, sed in genere ab omnibus, qui hominis, præsertim Christiani appellationem tueri volunt, cognosci oportet.

II. Doctrina Ethica & politica, quæ consilia & actiones vitæ privatæ et Reipublicæ, iuxta normam Legis Dei Naturæ insitæ, & aliarum Legum inde extructarum, gubernat.

III. P H Y S I C A & hinc derivata ars Medica, quæ naturam corporum & Animæ humanæ, & cæterarum rerum à Deo conditarum, ut animantium omnium, Plantarum, Meteororum considerat & c. explicat.

IIII. M A T H E M A T A, quæ numerum, Figurarum et motuum cæli ac stellarum doctrinam complectuntur. Harum artium fontes Scriptis Linguae Latinae, Graecæ et Ebraeae continentur. Ideo Linguarum studio, quæ velut fo-



## DE RATIONE

res sunt & clauēs omnium doctrinarum, necessariae sunt.

**HISTORIAE** res gestas Ecclesiae & imperiorum, & exempla doctrinae Ethicae ac politicae suppeditant. **POETAE** etiam nullum peculiare genus doctrinae, Sed vel historias sacras aut prophanas vel praecepta de moribus, vel doctrinam de natura rerum, carminibus & picturis illustratam continent.

Ad eloquentiam seu facultatum rectè dicendi ac scribendi, quae alter studiorum nostrorum Finis est, in primis necessariae sunt.

1. **Dicendi Artes**, quae orationis rectè intelligendae & formandae rationem monstrant, & superiorum Artium, quae rerum doctrinam continent, necessariae adminicula & organa sunt, Nam verba sunt rerum notae.
2. **Lectio diligens et attenta insignium purae, perspicuae & disertae orationis exemplorum, ut Ciceronis.**
3. **Imitatio rectè loquentium et assidua scribendi ac dicendi exercitatio:** quae praecipua & utilissima & maximè necessaria studiorum pars est, qua sola ferè consequi & adipisci se posse studiosi sciunt, quidquid in studijs laudabile sperari potest. Ideoq; nullo vnquam die eam intermitteri debere.

H



## DISCENDI,

*Hi Fines sunt & metae studiorum nostrorum praecipuae, ad quas omnes discendi labores referre praecipue oportet.*

*Vt autem, Quae via sit ad hasce metas, & quibus Medijs ad optatos studiorum Fines seu eruditionem veram peruenire discentes possint intelligatur, Sequentes Regulae in conspectu versentur.*

*Prima cura sit, vt Catechesin pietatis Christianae, ex vnico libello, qui praecipuos verae de Deo doctrinae locos, pijs & eruditis definitionibus ordine explicatos & testimonijs scripturae confirmatos continet, sedulo discamus: Et quotidie Labores studiorum à Lectione capitis in Biblijs, & à precatione ardenti ordiamur, qua studia nostra diuinitus regi & iuuari petamus.*  
*Ἀπὸ θεῶ γὰρ καὶ πάντα ἀρχόμενον αὐεὶ λέγειν τε νοῦν ἔσται.*

*Deinde Artes cognitu necessarias, singulas ex vno tantum libello, eruditam Methodum & summam artis continente, perdiscant, & de consilio prudentis & fidi praceptoris, ordine certo per doctrinarum orbem progrediantur, & velut per gradus, ab inferioribus ad superiores & cognatas Artes ascendant, donec ad fastigium verae Eruditionis perueniant.*

*GRAMMATICAE finis & vsus est,*  
*I 5 rectè*



## DE RATIONE

rectè intelligere vim & naturam verborum, Phrasis & figurarum Sermonis, in aliorum oratione & Scriptis, & sui animi sensa, ratione congrua & perspicua alijs explicare.

Ad hunc finem assequendum Instrumenta studiosis necessaria sunt.

I. Communia praecepta seu Regulae artis Grammaticae.

II. Auscultatio eruditae interpretationis bonorum autorum, qui rectè & eleganter Latine locuti sunt, vt Ciceronis, Terentij, Virgilij.

III. Diligens & attenta rectè & eleganter Latine loquentium & Scribentium Imitatio: & Styli exercitatio assidua, quae praecipuum orationis rectè componendae & facultatis rectè loquendi ac Scribendi parandae, instrumentum est.

DI ALECTICAE finis & vsus est, vt in omnibus caeteris artibus, res ad discendum vel docendum propositas, rectè, ordine & integrè cognoscere, & docendo explicare, & vera à falsis, certa ab incertis discernere & diiudicare possimus.

Hanc rectè discendi & docendi facultatem consequemur, si primùm ex vnico libello, Praecepta Artis maximè necessaria & vtilia ediscemus.



## DISCENDI.

Scemus, qualia sunt decem *Quæstiones Methodi*, seu *Loci Dialectici*, *Regulæ de Syllogismis rectè componendis*, *Quatuor Critiria certitudinis*, & *Ratio Soluendi vitiosa argumenta*.

Deinde *Exercitationem* adiungemus in cæteris artibus & quibuscunq; rebus propositis, rectè & ordinè iuxta seriem *quæstionum Methodi* discendis & explicandis, sicut præcipuos *doctrinæ Christianæ* locos hac *Methodo* explicari quotidie studiosi audiunt. Itè in argumentis ex penu locorum eruendis, et aptè cum proposita *Quæstione* disponendis, in aliorum *Autorum* scriptis & *disputationibus* dextrè resoluendis, & nostris ipsorum rectè & ordinè contexendis.

*RHETORICÆ* Finitis est Bene dicere seu rectè, ordinè, perspicuè, ornatè, & aptè dicere. Repetit autem *Rhetorica* magna ex parte præcepta *Dialecticæ* & *Grammaticæ*. Nec quicquam ferè peculiare habet, nisi præcepta de *Amplificatione* & ornatu orationis.

Nam *Loci Inventionis* in singulis generibus *Causarum* nihil aliud sunt, quàm *Loci Dialectici*, ad diuersas materias accommodati. *Dispositionis* præcepta, sunt riuuli *Methodi* & partium *Syllogismi* ac *Enthymematis*.

Elo-



## DE RATIONE

Elocutionis præcepta de sermone Grammatico seu emendato & perspicuo, de phrasi, de figuris, Tropis & Schematibus, de compositione periodorum &c. planè ex Grammaticis transcripta sunt.

Ita relinquuntur Rhetoricæ sola ferè amplificationum præcepta, quæ ipsa tamen ex locis Dialecticis emanant.

Ratio autem utiliter discendi Rhetoricam, & parandi mediocrem facultatem rectè, ordinè, perspicuè ac ornatè de re proposita dicendi, in hisce quatuor rebus posita est.

1. Vt communia præcepta, quæ rationem rectè intelligendi hominum disertorum scripta (quorum imitatione fiunt artifices) monstrant, & viam ostendunt rectè, ordinè ac perspicuè de re proposita dicendi aut scribendi, ex unico libello primùm diligenter discamus.

2. Vt rerum, de quibus dicendum est, cognitionem et doctrinam mediocrem, ex ijs artibus, in quibus explicantur, nobis comparemus: quod enim parum novit, nemo docere potest.

3. Vt illustria puræ, perspicuæ, elegantis & ornatae orationis exempla, in probatis Autoribus diligenter & attentè legamus, & quæ ratione elaborata sint, consideremus, & in nostræ  
Oratio-



DISCE DI.

oratione componenda imitari & exprimere  
studeamus.

4. Ut nullum diem abire sinamus, in qua non  
aliquid temporis exercitationi Styli, qui opti-  
mus ac præstantissimus dicendi effector ac ma-  
gister est, tribuamus.

In GRÆCÆ linguæ studio, quæ ad fon-  
tes doctrinæ Christi & totius Philosophiæ co-  
gnosceudos aditum patefecit, initio dent ope-  
ram studiosi, ut literarum sonos rectè expri-  
mant, & inflexiones Nominum ac verborum  
& earum præcipuè Syntaxeon regulas, in qui-  
bus Latini & Græci Sermonis idiomata inter  
se differunt, ex unico libello Grammatico edi-  
scant. Ac ut illustrètur Regulæ et maiori cum  
suauitate & fructu à Iuuenibus percipiantur,  
prodest adiungi præceptis exempla Senten-  
tiosa, seu locos autorum, Historiales, & vni-  
uersales, insignes, quæ non modò Regularum ex-  
empla & præceptorum vsum, sed etiam vtilis  
admonitiones, de DEO, de natura rerum, de  
gubernatione vitæ, & morum quotidie edis-  
cendas complectantur, Deinde verborum Signi-  
ficationes ac pondera, & phrasés linguæ illi  
propriæ, non tam ex commentarijs aut Lexicis,  
quàm ex fontibus oratorum & poëtarum, &  
eorum interpretatione erudita, vel viva voce,  
quod



## DE RATIONE

quod utilissimum est, vel excellentium artificum versionibus, tradita cognoscere studeant.

Cumq; Syncategorematum & praepositionum imprimis significationes variae, plurimum momenti & difficultatis in lingua Graeca adferant, earum praecipue particularum vim & usum, in compositione, & Syntaxi, varia, obseruent.

Proponi autem initio tenerae aetati faciles & aperti scriptores debent, qui & orationis perspicuitate & rerum bonarum suauitate discipulos alliciant, ut Isocratis παρασκευασίης ad Dæmonicum, & ad Nicoclem, Plutarchi περί παιδείας ἀγωγῆς. Platonis et quorundam aliorum epistolae, et Aesopi fabellae, ex quibus praeter verborum copiam, & multarum rerum, ac praecipue animantium appellationes, magnam sapientiae, gubernatricis consiliorum & actionum humanarum, partem, venustissimis imaginibus inuolutam, discere iuuentus potest.

Perceptis autem & confirmatis Grammaticae regulis, & intelligentia aliqua Graeci sermonis comparata: Deinde praecipui Autores Graeci ordine legendi sunt, quorum sex genera distribui possunt.

1. Oratores, ut Isocrates, Demosthenes, Lysias.



DISCENDI.

*stias, Æschines, Lycurgus, Lucianus, Libanius.*

2. *Historici, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodorus Siculus, Plutarchi vitæ, Polybius, Appianus, Pausanias, Strabo.*

3. *Philosophi & Mathematici ac Medici, ut Plato, Aristoteles, Euclides, Ptolomæus, Galenus, Dioscorides, Hippocrates, Ægineta.*

4. *Poëtæ, ut Homerus, Hesiodus, Pindarus, Euripides, Sophocles, Theognis, Phocylides, Theocritus, Oppianus, Aratus &c.*

5. *Philologi, Athenæus, Suidas, Hesychius, Comment: Iliad. & Odysseæ.*

6. *Theologi, ut Biblia Græca, Basilus, Nazianzenus, Iustinus, Clemens, Epiphanius, Chrysostomus.*

*Vt autem duo sunt omnium nostrorum studiorum Fines proximi, σῶσις καὶ δόξα μὲν ἐρηκνὺ ἔλκῃ: ita in Græcis autoribus legendis primùm considerent studiosi, Quam inde utilitatem & fructum, vel ad Rerum cognitionem & eruditionem iudicium, vel ad facultatem rectè intelligendi & componendi orationem perspicuam & disertam referre possint. Semper itaq; initiò cogitent, Ad quam Classem Artium scripta illa pertineant, & Quos Artium illarum locos præcipuè explicandos susceperint.*



DE RATIONE

sint, ut Isocratis pleræq; orationes, Aristotelis  
 & Platonis libri de Moribus, & Theognidis,  
 Phocylidis, Pythagoræ poëmata, continent præ-  
 cepta Ethica et politica de consilijs gubernatio-  
 nis Reipublicæ, & vitæ priuatæ honestè regen-  
 dis. Horum præceptorum exempla illustria  
 suppeditant historiæ Herodoti, Thucydidis,  
 Plutarchus, Herodianus & Demosthenis ora-  
 tiones  $\sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\mu\epsilon\lambda\alpha$ . Aratus partem doctri-  
 næ Astronomicæ de situ stellarum fixarum, &  
 prognostico tempestatum, complexus est: Op-  
 pianus partem doctri-næ Physicæ de Natura pi-  
 scium: Libri Fastorum Ouidij, partem doctri-  
 næ Astronomicæ de Anno, & de ortibus ac oc-  
 sibus siderum exponunt. Cùm hoc modo ad  
 certarum Artium locos, velut ad metas, lectio  
 Autorum reuocatur, facilius  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\omicron\pi\omicron\iota\kappa\eta\upsilon\alpha$   
 tota discendi ac legendi ratio: & intelligi  
 potest, quam Philosophiæ seu iudicij & sapien-  
 tiæ humanæ partem singuli Autores illustrent.

Quod autem ad  $\epsilon\gamma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , quæ alter stu-  
 diorum nostrorum finis est, attinet: facilius  
 sermonē Græcum in Autoribus intelligere stu-  
 diosi poterunt, Si rectè præceptis antea inflexi-  
 onum Græcarum Formulæ seu Grammaticæ  
 Regulis, vnum & alterum Autorum Græcum,  
 vni



DISCENDI.

*viua voce eruditi interpretis enarrari diligenter & attentè audient. Nam ex intelligentiâ vnius Autoris, adhibito mediocri studio & intentione, plures alij rectè cognosci possunt: cum verbo & phrases ferè eadem in omnibus eiusdem Classis Scriptoribus se offerant.*

*Proderit etiam magnorum Artificum Translationes cum Græcis fontibus conferre, vt in libris Aristotelis de Animalibus, Theodori Gazæ conuersionem latinam: in Galeni libris de sanitate tuenda, Thomam Linacrum: In Herodiani Historia, Politianum: in Dialogis Luciani, Erasmus, &c. Adhiberi & Lexica possunt, non tantùm Suidæ, Hesychij & similia, sed etiam Græcolatina.*

*Ad Poëtarum orationem facilius intelligendam necesse est Dialectos Linguarum varias prius cognosci: de quibus breuissimè scripsit Adrianus Amerotius: vberimè autem Urbanus &c.*

K

De le-



D E L E C T I O N E  
H I S T O R I A R V M  
R E C T E I N S T I  
T V E N D A.

**V**T totum hoc pulcerrimum Mundi thea-  
trum, coelum, lumina, stellas, elementa,  
plantas, animantia, & nostros ipsorum animos  
ac corpora condidit Deus, & uult ea à nobis aspi-  
ci, & impressa illis diuinæ bonitatis & sapien-  
tiæ uestigia considerari: Quæ aspectio & consi-  
deratio perpetuorum, aut certis uicibus rena-  
scentium mundi corporum, Historia naturalis ab  
eruditis appellatur: Ita etiam Rerum, quæ in  
hoc mundi Theatro, à Deo & hominibus illius in-  
colis, animaduersione & memoria dignæ, ab ini-  
tio ad nostram usq; ætatem, actæ & gestæ sunt,  
seriem continuam in Historia Mundi conseruauit:  
In qua, uelut in tabula pictum, aut uelut in excelsa  
specula collocati, oculis nostris subiectum cer-  
namus, & contemlemur quicquid in orbe terra-  
rum, inde usq; à prima creatione, memorabile ge-  
stum est.

Voluit enim Deus harum maximarum re-  
rum memoriam, ut mundi & Ecclesiæ initia, ori-  
ginem, lapsum, & reparationem humani gene-  
ris,



ris, promissionem de Christo, & cæteras pate-  
factiones Dei in Ecclesia editas, pœnam diluuij,  
constitutionem & deletionem Politicæ iudaicæ,  
Seriem quatuor Monarchiarum, & præcipuo-  
rum in mundo regnorum, Regnum Christi, &c.  
inter homines conseruari, & ad posteritatem  
transmitti.

Planè autem extingueretur in genere huma-  
no memoria rerum maximarum, quæ ante no-  
stram ætatem in Ecclesia & imperijs acciderunt,  
nisi literarum & Historiæ monumentis consigna-  
rentur. Itaque Deus ipse primam & antiquis-  
simam Historiam per Moysen scripsit: & Hero-  
dotus, qui è uestigio Prophetis monumentis  
succedit, se eo consilio historiam scripsisse testa-  
tur, ὥς μὴ τὰ γενόμενα ἢ ἀνθρώπων ἢ  
θῶν ἢ κτλ γένηται, ne ea, quæ in mundo  
gesta sunt, ex hominum memoria cum tempore  
exolescant. Verè igitur Historia est testis tem-  
porum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra ui-  
tæ, nuncia uetustatis, ut Cicero uerissimè simul  
& grauissimè definit.

Relictis autem cæteris quatuor, quæ idem  
ferè ualent, & primam hanc & præcipuam hi-  
storiæ utilitatem illustrant, Encomijs: Alterum  
membrum paulò attentius in hoc lectionis uesti-  
bulo expendemus, Quod Vitæ magistram Cicero



U T I L I T : L E C T I O N I S

historiam appellat: Quam laudem in Ecclesia Dei, soli Deo seu uoluntati & legi diuinæ tribuimus.

Æterna enim sapientia & regula iusticiæ in Deo, ad quam uelut ad normam omnia hominum consilia & actiones dirigi debent, est Lex Dei seu Decalogus, cuius præcepta, sunt radij sapientiæ lucentis in mente diuina, discernentis septo immoto honesta & turpia, transfusi in mentes hominum, & ipsius Dei uoce in monte Sinai illustrati, ut Deum autorem nobis monstrent, & qualis sit Deus, & quibus officijs à nobis coli uelit, ostendant, & hominum uitam gubernent & regant.

Sunt autem HISTORIÆ magna ex parte, nihil aliud, quàm huius sapientiæ diuinæ, seu Legis Dei, gubernatricis imperiorum & uitæ priuatiæ, Exempla illustria, in Dei ipsius, & summorum regum & ciuitatum, & magnorum uiro- rum rebus gestis expressa: Quæ serè conspectio- ra sunt: & cum horribiles iniustorum consilio- rum ac scelerum poenas, & rectè factorum præ- mia commemorent, multò efficacius, quàm nu- da præcepta, rudiorum animos, ad fugienda scelera, & imitationem rectè factorum, & co-  
lendam



lendam iusticiam & cæteras uirtutes, accendunt  
& impellunt.

Valdè igitur utile est in lectione Historiarum, Exempla omnium humanorum officiorum, tanquam in illustri posita loco, prudenter accommodare ad Regulas seu Leges vitæ: Quarum hæc prima & summa est, quæ affirmat, verè esse Deum, conditorem & inspectorem Imperiorum, & vitæ hominum, omnipotentem & iustum, qui flagitet & præmijs ornet, timorem sui, iusticiam, obedientiam, horribiliter puniat impietatem, iniurias, tyrannidem, superbiam, libidines, & alia scelera. καὶ θεῶ ἀεὶ ξυ-  
νέπεδῃ δίκῃ, ἢ ἂν ἀπολαπομένῳ τῷ θεῷ νόμῳ, ἡμῶσιν.

Ad hanc communem regulam HERODOTVS totam belli Troiani historiam refert, cum inquit, Excidium Troiæ docere, ὅτι τῶν μεγάλων ἀδικημάτων, μεγάλα εἰσὶ νόηαι ἡμῶσιν πρὸς τὸ θεῶ. Et in Terpsichore hanc generalem regulam, ad regendos mores utilissimam recitat, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσις οὐκ ἀποτίσθῃ, id est, Nullus homo pœnam sceleris reus effugit vnquam.



UTILIT: LECTI O N I S

In primis autem Gubernatoribus Reipublicae & Imperiorum profunt historiae, ut exempla bonorum & salutarium consiliorum gubernationis Reipub. & officia seu virtutes omnes in bono Principe seu Magistratu necessarias, Et causas mutationis et euerfionis Regnorū & ciuitatum, & horribilium bellorum & calamitatum publicarum, obseruent.

Sancti & Deo cari Reges, Dauid, Iosaphat, Ezechias, Constantinus, Carolus Magnus, in tota gubernatione hunc sibi scopum praecipue proposuerunt, ut veram de Deo doctrinam, veros Dei cultus, studia literarum Ecclesiae necessaria, honestam disciplinam, et pacem, recte constitutis Ecclesijs tuerentur & propagarent. Haec Exempla nunc quoq; boni Principes in suis ditionibus gubernandis studeant imitari.

Cyrus, Deioces, Themistocles, Scipio, Augustus, iusticia, bonitate, clementia, fortitudine in bellis necessarijs, & patientia ac moderatione in tolerandis collegarum & vulgi erratis, amplissima imperia consecuti sunt, & feliciter ea gubernarunt, iuxta Regulam, Iusticia stabilizur thronus.

Econ-



HISTORIARVM.

Econtra Tyrannide, libidinis, inuidia, ambitione, fiducia foederum, intestinis odijs & dissidijs, potentissima regna & ciuitates horrendis calamitatibus obruta & euersa sunt. Ut in prima statim pagina Herodotus narrat, Bellis inter Græcos & Barbaros, & ingentibus malis inde secutis, causam primam præbuisse vagas libidines, seu raptus Io, Europa, Medea, & Helena. Quæ exempla ad regulam sexti præcepti, & comminationes illi additas pertinent. Pharaonis, Astyagis, Herodis, Phalaridis crudelitas: Sexti Tarquiniij, Paridis, Valentini-ani, Roderici adulteria: Cræsi, Xerxis, Pompeij, Antonij superbia & æmulatio: Sardanapali luxus, Periclis pertinacia &c. occasionem multis tristibus miserijs & bellis, & Rerumpublicarum mutationibus præbuerunt. Hæc exempla ad Regulam pertinent: Propter iniusticiam transfertur regnum de gente in gentem: Item, Nam cætera regna Luxuries vicijs, odijsq; superbia vertit. Et admonent gubernatores, vt hæc semina & causas calamitatum publicarum prudenter prospiciant & studiosè vitent.

Semper enim in mundo, vt eadem hominum natura manet, sic eadem negocia, consilia, occasiones etiam & euentus, & eadem calamita-





UTILIT: LECTI ONIS

tes ac miseriæ, in gubernatione Reipublicæ & vitæ priuatæ redeunt: Personæ tantùm singulis ætatibus nouæ succedunt. Atq; ita Historia, verè est, vt Thucydides loquitur, κτῆμα ἐξ αἰὲς ἐὺ γυκαίρωον, hoc est, perpetuus thesaurus exemplorũ, & expressa imago totius vitæ humanæ, ad omnia mundi tempora congruens: vtilissima omnibus, qui & rerum antea gestarum veritatem considerare, & similia negotia, quæ, vt sunt res humanæ, eadem vt consimilia subinde redeunt, rectè iudicare volent.

Nec verò ad Reipublicæ tantùm, sed etiam ad priuatæ vitæ consilia & mores rectè regendos, vtilissima est historiarum lectio, quæ omnium virtutum exempla illustria, & mirificè generosos animos ad virtutis amorem inflammantia: & rursus viciorum omnium, & iniustorum consiliorũ exitus infelices & scelerum poenas horrendas commemorant. Ac imprimis Fortunæ varietas, & superborum ac potentum casus horrendi, nos de ingenti nostra infirmitate admonent, & hortantur ad modestiam & iusticiam, ne elati superbia, & fiducia nostræ sapientiæ aut potentiæ, res iniustas aut non necessarias moueamus. Sicut grauissimè de hoc lectiõnis historiarum vsu admonet Diodorus Siculus.



*culus*: τίς γὰρ οὐκ ἄρ' λαβὼν ἐννοίᾳ τῆς ἡτ-  
 τῶν ἀνθρώπων βίον ἀνωμαλίας, καταπλα-  
 γεῖν τῶν ἐπ' ἀμφοτέρω τὰ μέρη τῆς τύχης  
 παλιζῆροιαν, ἢ ἕε ἄρ' ταῖς ἡττῶν εὐτυχίαν  
 θύσσῃαις πισεύσας, ἀναλάβοι φρόνημα με-  
 ζορ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας. ὁ γὰρ κοινὸς βί-  
 ος, ὡσπερ ὑπὸ θεῶν ἕνος ὀιακιζόμενος, ἐναλ-  
 λάξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς κύκλειται πάν-  
 τα τῶν αἰῶνα. Διόπερ πρὸς ἀδόξον ὄσιν, οὐκ ἔ-  
 γέγονε ἡ πρὸς ἀλόγῳ ἀλλ' εἰ μὴ πρὸς ὄσιν τὸ  
 γινόμενον ἀνέλπισον. Διὸ Ἐ πρὸς ἰσορίαν  
 προσκκόντως ἄρ' ἕε ἀποδέξατο. τῆ γὰρ τῶν  
 πρῶτων ἀνωμαλίας καὶ μεταβολῆς διορθῶ-  
 ται τῶν μὲν εὐτυχόντων τὸ ὑπορηφανίαν,  
 τῶν δ' ἀκλιρούντων πρὸς ἀτυχίαν.

*Atque hæc prima Historiæ eximia et amplif-  
 sima utilitas est, quam duobus verbis Cicero  
 complectitur, cum Historiam, vitæ Magistram,  
 nominat.*

*Sed non Ciuilis tantum vitæ magistra est  
 Historia, verum etiam Christianæ et spiritalia-  
 lis vitæ, seu agnitionis Dei, et totius nostræ  
 religionis fontes continet: et Ecclesiæ Christi  
 imprimis necessaria est. Nam tota doctrina de  
 Deo, in libris Prophetarum et Apostolorum,  
 ordine Historico tradita est. Nec vlla extat hi-  
 storia, Biblijs antiquior, quæ continuam et cer-*



U T I L I T : L E C T I O N I S

tam annorum & rerum seriem, inde vsq; à primâ creatione conseruari. Vult enim Deus sciri à nobis, mundi & Ecclesiæ initia: & primæ ac veræ religionis originem & propagationem factam in Ecclesia certo verbo et illustribus testimonijs miraculorū, ne quas opiniones impias, et superstitiones cum ea doctrina pugnantes, quæ posterioribus seculis in mundum irrepserunt, amplectamur. Vult sciri, quæ & vbi, & qualis semper fuerit Ecclesia Christi, quomodo collecta, defensa & inter Imperiorum ruinas conseruata sit, quos Doctores & testes veritatis eximios, quæ certamina & liberationes mirandas habuerit. Vult sciri tempora primùm editæ & instauratæ promissionis de Christo Mediatore, & aduentus Christi in carnem, & reditus ad extremum iudicium. Deniq; eo consilio præcipuè Monarchias in mundo distinxit Deus, & imperiorum historias scribi voluit, vt diuinarum patefactionum series, & Ecclesiæ historia esset conspectior. Quæ vt rectius à nobis intelligi & explicari possit, Ethnicorum etiam historias legi & cum illa conferrî necesse est.

Prædixit Daniel seriem quatuor Monarchiarum cap. 2. & 7. Descripsit bella, quæ successores Alexandri Magni, & præcipuè reges Syriaci & Aegyptij inter se gesserunt, cap. 11.

Hiscè



HISTORIARVM.

Hiscē vaticinijs palàm est, lucem singulorū accedere collatis imperiorū historijs, quas Herodotus, Diodorus Siculus, Polybius & alij descripserunt. Cyri Persarū regis mentio fit in Esaia, Esdra, Paralipomenis. Ieremias meminit Necho regis Ægypti, & Aprijs: Esdras, Aggæus & Zacharias, Darium Hystaspis nominant. Hæc Prophetarū loca Herodoti historijs plurimum illustrari omnes eruditi sciunt. Nihil iam de 70. hebdomatibus dicam, quas sine accurata historiarū & temporū Monarchiæ Persicæ & Græcæ cognitione, supputari non posse, manifestum est.

Plurimum etiam ad plerasq; controuersias Ecclesiasticas rectè dijudicandas Antiquitatis noticia, et veterum Synodorum acta & iudicia conducunt. Et enim fides nostra non vitur hominū iudicijs & autoritate Synodorum, sed solo Dei verbo, quod vnica veritatis regula & norma est: tamē vt nauis stat firmiter nixa duabus ancoris, ita cū ad vocis diuinæ testimonium, consentiens veteris & purioris Ecclesiæ iudicium accedit, non modò voluptate singulari mentes piæ afficiuntur, verū etiam fides nostra non parum confirmatur, vt ex disputationibus nostrorum temporū aduersus Anabaptistas et pontificios exempla illustria comparent.

Discri-



DISCRI: INTER HISTORI-

DISCRIMEN etiam inter Historiam  
ECCLESIAE & ETHNICAS, hoc in loco  
consideretur, Quod sex capitibus complecte-  
mur.

Primum enim, Antecellit sacra historia,  
RE RVM, quas describit & tractat, bonitate,  
praestantia, & manifestate. Non enim rerum ab  
hominibus gestarum narrationes tantummodo  
exponit, nec de consilijs & actionibus vitae ci-  
uilibus rectè ac honestè regendis, & fugiendis vi-  
cijs ac pœnis solùm admonet, vt Ethnicæ Histo-  
riae: sed de rebus multò maioribus, & ad veri  
Dei agnitionem, & æternam salutem nostram  
pertinentibus, Lectorem erudit, & diuinæ ma-  
iestatis & Ecclesiae ipsius res gestas potissimum  
describit. Continet enim doctrinã de vero Deo,  
conditore omnium rerum, æterno Patre, Filio,  
& Spiritu sancto, de essentia & voluntate Dei  
erga nos, de creatione primorum hominum ad  
imaginẽ Dei, de prima causa peccati, omnium  
calamitatum & mortis humanae, de Christo Re-  
demtore promisso, vt peccatum & mortem ex  
natura hominis tollat, de remissione peccatorum  
& reconciliatione cum Deo, de gubernatione  
Spiritus sancti omnia consilia & actiones vitae  
regentis, de vera consolatione in cruce et ærum-  
nis omnibus, de vera Ecclesia Dei, quæ, & vbi,  
& qua-



et qualis omnibus temporibus fuerit, de immortalitate, de resurrectione corporum, et vita ac gloria Ecclesiae aeterna. De his tantis rebus nos sacra historia docet, quae omnibus Ethnicis ignotae sunt.

II. REGNORVM descriptionibus differunt. Ethnici enim, origines, bella, mutationes, et interitus regnorum huius mundi recensent: de quibus ipsis tamen dubitant, an à Deo instituta sint et conseruentur. Sacra verò historia, Christi summi regis aeternum et spirituale regnum praecipue describit. In quo per ministerium Evangelij omnibus mundi temporibus colligit sibi aeternam Ecclesiam, à qua rectè agnoscatur et inuocetur: quam in hac vita pressam cruce et persecutionibus Diabolorum et regnorum Mundi, mirabiliter defendit et seruat, et non armis aut praesidijs corporalibus, sed verbo suo et Spiritu sancto regit et gubernat, et tandem resuscitatam ex morte ornabit vita et gloria aeterna. Haec miranda collectio, gubernatio, defensio et conseruatio Ecclesiae, imprimis in sacrae historiae lectione consideraunda est.

De caeteris verò huius mundi imperijs et regnis, Historia sacra docet, ea Dei opera esse, et à Deo defendi et seruari, tantisper donec durant, vt sint hospitia Ecclesiae. Diuinitus etiam  
 prote-



DISCRI: INTER HISTORI-

protegi bonos & salutare Principes: Tyrannides verò, blasphemias, & alia atrociora scelera puniri à Deo mutationibus & interitu regnorum, vt Daniel. 2. dicitur, Deus transfert & stabilit regna.

III. Antecellit historia sacra EXEMPLIS, non modò virtutum politicarum, quæ in secunda Tabula Legis diuinæ à Principibus & priuatis flagitantur, sed multò magis virtutum spiritualium & Ecclesiæ Christi propriarum, vt veræ fidei, & inuocationis Dei, veri timoris Dei, patientiæ, confessionis, spei, veræ pœnitentiæ seu conuersionis ad Deum, quæ in Abrahami, Dauidis, Baptistæ, Pauli, et cæterorum Sanctorum historijs elucet. Nec tantùm exempla Legis, & iræ Dei aduersus peccata, sed etiam exempla Euangelij, seu gratiæ & misericordiæ Dei erga peccatores, Dauidem, Manassen, Petrum, &c. plenissima consolationis, & testimonia præsentia Dei in Ecclesijs & Imperijs, & præcipuè in gubernatione & defensione piorum miranda, proponit.

IIII. Antecellit sacra historia illustribus Vaticinijs de ordine et successione quatuor Monarchiarum, & aliorum in mundo regnorum: & de tempore aduentus, doctrina, passione, morte ac resurrectione promissi regis Christi: Item

Mira-



AM SACRAM ET ETHNICI:

Miraculis proprijs naturæ diuinæ & omnipotentis, quibus historiæ sacræ, & totius religionis & doctrinæ Christianæ veritas & certitudo confirmata est. Cumq; euentus responderit prædictionibus de serie imperiorum, de aduentu Christi & similibus, certum est, cætera quoq; vaticinia de fine mundi & extremo iudicio, & æternis præmijs & pœnis secuturis, non dubio euentu comprobatum iri.

Præstat etiam Historia sacra omnibus Ethnicis Antiquitate. Nulla enim apud Ethnicos Herodoti historia antiquior, series annorum & rerum gestarum certa & continua extat. Incipit autem Herodotus historiam à Gyge Lydorum rege, qui annis 180. Cyri Monarchiam antecessit: & cum Manasse Iudæorum Rege anno mundi 3246. regnare cœpit.

Tot annis videlicet 3246. Mosis historiæ initium, Ethnicam antecedit. Etsi enim in pœmatis Græcis, de rebus Gyge Lydorum Rege paulò antiquioribus, vt de expeditione Argonautica, de Oedipi Tragœdia, de bello Troiano &c. narrationes quædam recensentur: tamen certa annorum destinctione ab initio mundi deducta, omnino carent: & de toto illo intermedio 500. annorum tempore, nihil ferè in Græcorum monumentis memoriæ proditum est.

Nec



DISCRI: INTER HISTORI-

Nec vlla alia in genere humano Historia extat, quæ exordia mundi, & certam ac continuam annorum seriem à mundi initio deductam & Gentium origines ac migrationes, & veræ ac antiquissimæ religionis ortum & propagationem, certis testimonijs factam, describat, præter hanc Mosis & Prophetarum historiam: cui etiam Ethnicæ narrationes suffragantur.

Hactenus exposui, Quas utilitates communi hominum vitæ & Ecclesiæ Dei, lectio Historiarum adferat: & discrimen historię sacræ & Ethnicæ ostendi. Nunc cæteras Historię utilitates brevissimè attexam.

Duæ sunt summæ & propriæ hominis doctes, & vitæ regendæ organa & ornamenta, & studiorum nostrorum fines præcipui,  $\sigma\acute{\omega}\nu\epsilon\sigma\iota\varsigma$   $\nu\omicron\upsilon\lambda\ \Delta\acute{\omega}\nu\alpha\mu\iota\varsigma$   $\epsilon\gamma\mu\eta\nu\epsilon\upsilon\lambda\eta$ , hoc est, prudentia rectè de rebus omnibus iudicandi, & facultas benè dicendi, seu sapientia & Eloquentia. Has duas virtutes, quas scriptorem historię domo secum adferre Lucianus iubet: plurimum etiam lectione historiarum iuvari, augeri & ornari manifestum est. Nam & iudicium seu sapientiam gubernatricem consiliorum & actionum vitæ, formant & expoliunt Historię multifariam, vt initio demonstrauimus: & dicendi facultatem imitatione eloquentium Historię  
Scrip-



Scriptorum augeri constat. Et lumina orationis præcipua & maximè illustra sunt exempla historiæ, quæ ad docendum, ad probandum, ad delectandum, ad copiam & ornatum omnem imprimis valent, & in tota oratione velut stellæ clarissimæ fulgent.

Præterea omnes ferè Artes, non tam ex principijs naturæ insitis, quàm ex Historia, tanquam ex Augusto & perenni fonte, emanarunt & sine historia constare nõ possunt. Tota Theologia seu doctrina de Deo, in Historia Mosis, Prophetarum, Christi & Apostolorum exposita continetur. Ius civile, maxima sui parte ex historia veterum Reipublicæ Romanæ legum, Edictis prætorum, Responsis prudentum, constitutionibus Principum &c. conflatum est, quod etiam celebris illa & plurimis historijs referta Lex Pompeij de origine iuris in principio Digestorum ostendit. Artem medicam quoq; ex historia & memoria experimentorum collectam esse Plinius testatur. Quid de Physicis dicam, cuius præcipua & iucundissima & utilissima pars est historia Animalium & Stirpium. Itaq; Plinius toti operi suo, quo vniuersam rerũ naturam complexus est, historiæ naturalis titulum indidit. Moralem quoq; Philosophiam, historiæ exemplis plurimùm illustrari, & multo

L      effi-



U T I L I T : L E C T I O N I S

efficacius animos ad virtutem exemplis quàm præceptis impelli, omnes experimur. Itaq; pluribus verbis in re manifesta nihil opus est.

Necessitatem porrò historiae in omni vita hinc quoq; deprehendi Viues existimat, quod nemo maiores suos nosset, nemo ius suum aut præuilegia scire posset & obtinere, nemini sua possessio certa & rata esset, nisi historiae beneficio, seu rerum veterum monumentis.

Postremò, propria hominis est cognitio & memoria rerum præteritarum, seu inuestigatio antiquitatis & rerum ante nostram ætatem gestarum: Qua simul causas earum & occasiones ac progressus & euentus considerat, et cum negotijs præsentibus, similia ex omni antiquitate comparat, & futuros inde casus prudenter prospicit. Hac re imprimis homo, quoniam rationis particeps est, cæteris præstat animantibus, quæ præsentia tantummodo curant, nec vllam ferè vel futurarum rerum præensionem, vel præteritorum temporum recordationem habent.

Nec quicquam bonæ menti iucundius est, quàm totius humani generis ortum & propagationem, & temporum omnium ac Monarchiarum seriem, & omnes insignes mundi mutationes, in historijs expositas, simul mente tueri, & in conspectu ac ob oculos assiduè habere.

Quis-



**Q**uisquis igitur in lectione historiarum  
 utiliter cupiet versari, is initio iuxta Poly-  
 bii præceptum, vniuersam mundi historiam,  
 ὑπὸ μίαν σάωψιν ἄγαν καὶ σωματοποιεῖν,  
 hoc est, vno intuitu complecti, & velut in cor-  
 pus redactam, animo comprehendere studeat.  
 Vt enim in cæteris artibus, initio summa totius  
 doctrinæ in compendium contracta, rectissime  
 discitur: Sic in historiarum etiam lectione,  
 principio Epitome brevis seu Chronicon, com-  
 plectens seriem omnium temporum & imperio-  
 rum, & præcipuarum generis humani mutatio-  
 num, ex libello Carionis, vel simili, accuratè co-  
 gnoscendum est.

Deinde sciant studiosi, Duos velut Oculos  
 historiae esse, locorum & temporū cognitionem,  
 seu Topographiam & Chronologiam: Quæ ve-  
 lut Cynosuræ & Ariadnes filum, lectores, in  
 historiarum pelago & rerum gestarum Laby-  
 rinthis versantes, regunt et gubernāt, vt ad por-  
 tum lectionis optatū facilius peruenire possint.

Regionum & locorum, in quibus res gestæ  
 describuntur, situs & interualla, ex tabulis  
 Geographicis facillimè cognosci possunt. Itaq;  
 nullus sit studiosorum, qui Tabulā Palæstinae,  
 et lectionem historiae sacrae imprimis vtilem, &  
 Tabulam Græciæ, quæ omnium poëtarum &



RATIO UTILITER LE.

historicorum lumen est, & Honteri Tabellas, non habeat, & quotidie inspiciat.

Temporum mundi & regnorum omnium ac historiarum series, in Chronologia Funcij aptissime distributa est. Nec vlla hoc tempore melior & vberior Chronologia extat.

Vt autem assidue circumferri in animo, et in conspectu haberi omnium temporum & historiarum series facilius possit: Vtile est, Eliae dictum nosse, quod vniuersum mundi tempus in sex millenarios distribuit, & in Iudaeorum Thalmud Parte 4. lib. 2. & 5. recitatur, vel sequentem tabellam annorum mundi, memoria complecti: ex qua de temporibus rerum in mundo maximarum multa iudicari possunt.

- 1656 Anni sunt ab initio mundi vsq; ad diluuium. Gen. 5. & 7.
- 367 A diluuiio vsq; ad datam Abrahae promissionem de semine benedicto. Genesis 11. 12.
- 430 A data promissione vsq; ad exitum ex Aegypto & promulgatam legem in monte Sinai. Gal. 3. Exod. 12. & 19. Circa quae tempora Deucalion cum filii Hellene in Graecia regnavit.
- 529 Ab exitu ex Aegypto vsq; ad Troian. euersam



G E N D I H I S T O R I A S.

euerſam, annis 118. ante Dauidem Re-  
gem.

573 A capta Troia uſq; ad excidium Iero-  
ſolymæ et captiuitatem Babylonicam.

70 Uſq; ad Cyri Perſarum Regis Monar-  
chiam.

60 A Cyro uſq; ad Xerxem ex Græcia  
proſtigatum.

50 A bello Xerxis uſq; ad initium belli  
Peloponneſiaci.

98 Ab initio belli Peloponneſiaci uſq; ad  
Alexandri Magni Monarchiam.

288 Ab Alexandro Magno uſq; ad Augu-  
ſti Imperatoris Romanorum initium.

41 Ad natum Chriſtum.

1562 A nato Chriſto uſq; ad noſtram ætatem.

Summa annorum à condito Mundo 5524.

T E R T I O. Quæres, in lectione Hiſtoricæ  
ſacræ & prophancæ, in primis obſeruari debe-  
ant, ſuprà in commemoratione utilitatum dili-  
genter monuimus. Sunt enim in ſacra hiſtoria  
loci præcipuè conſiderandi. Doctrina de uero  
Deo, & de Filio ipſius Domino & Redemptore  
noſtro Ieſu Chriſto, De creatione omnium re-  
rum, & initio Eccleſiæ, De lapſu primorum  
hominum, & peccato inde in omnes homines  
propagato, De promiſſione gratiæ & remiſſi-

L 3                      onis



RATIO UTILIT: LE

onis peccatorum, propter Christum donanda: Miranda collectio & gubernatio Ecclesiae per verbum & Sacramenta &c. Item, Exempla irae & gratiae Dei, & omnium virtutum, non modò politicarum, sed multò magis spiritualium, & Euangelij propriarum, vt fidei, inuocationis, patientiae, &c.

In Ethnicis verò historijs, Series Monarchiarum & præcipuorum in mundo regnorum, & simul etiam testimonia de Deo, & prouidentiae ac iudicij diuini, in institutione imperiorum, & tuendo ordine à se constituto, & puniendis iniustis hominum cupiditatibus & sceleribus, spectari debent. Ac in rerum gestarum narrationibus, non tam præliorum aut pomparum descriptiones, notandæ sunt, quàm personarum illustrium naturæ, ingenia, voluntates, mores: & negotiorum causæ & occasiones: item consilia prudenter vel secùs instituta, & imprimis intextæ orationibus sapientissimæ deliberationes, ad omnia Reipublicæ & vitæ priuatae consilia rectè gubernanda vtilissimæ. Item, Exempla virtutum omnium, & imagines bonorum & præstantium virorum, quorum consilia, studia, dicta & facta pro nostra vocatione imitemur.

QUARTO. Series autorum in conspectu sit,



## G E N D I H I S T O R I A S.

fit, ex quibus (post cognitam initio Epitomen seu Chronicon breue) perpetua mundi l. historia à prima conditione ad nostram vsq; ætatem deducta, sumi & cognosci potest. Nam singulari beneficio Dei continua historiarum series, ab initio mundi vsq; ad nostra tempora, memoriæ posteritatis, à luculentis scriptoribus, tradita est: Qui ordinè & integrè à studiosis historiarum, & omnibus, qui volent inter eruditos haberi, sunt perlegendi.

Initio igitur Scriptores præcipuos, & lectione dignissimos, qui continuam mundi historiam contexuerunt, ordine recensebimus.

Deinde singularum Monarchiarum & Gentium præcipuarum, Græcæ imprimis, & Romanæ ac Germanicæ: Et Ecclesiasticæ etiam historie autores adiungemus.

Primæ autem et antiquissimæ historie autor est Moses, qui creationem mundi, & generis humani, & initia Ecclesiæ Dei: lapsum primorum hominum, & causam mortis ac calamitatum humanarum: restitutionem Ecclesiæ, & promissionem de Christo: pœnam diluuij: stirpem & origines omnium Gentium: Historiam Patriarcharum, Abrahamæ, Isaac, Iacob, Ioseph:



RATIO UTILITER LE

*Joseph: mirandam educationem populi Israël ex Aegypto: promulgationem legis in monte Sinai: Institutionem certae politicae & Ecclesiae Iudaicae descripsit, & continuam seriem annorum 2493. ab initio mundi vsq; ad mortem suam deduxit.*

*Liber IOSUA & IUDICVM, à morte Mosis, & inductione populi Israël in Palæstinam, annorum 317. historiam pertexit, vsq; ad sacerdotium Heli, & annum mundi 2810. Incidit autem in tempora Iudicum historia belli Troiani, quod omnium Græcorum poëtarum voce ac literis celebratur. Scribunt enim captam esse Troiam annis 430. ante Romam conditam, videlicet primo anno Abdonis Iudicis, qui fuit mundi 2782.*

*QUATVOR LIBRI REGVM, Historiam annorum 545. complectuntur, vsq; ad excidium Ierosolymæ, & migrationem gentis Iudaicae in Babylonem: à qua vsq; ad Cyri Persarum Regis Monarchiam, & annũ mundi 3425. septuaginta anni numerantur: quo tempore in Græcia septem illi sapientes, & alij homines docti floruerunt.*

*Atq; hic finis est Propheticae Historiae, quæ continuam & certam seriem annorum 3425. à mundi initio vsq; ad Persicam Monarchiam conseruauit.*

*Mi-*



G E N D I H I S T O R I A S .

Miranda autem & ingenti bonitate Dei factum est, ut ferè in eo ipso momento, ubi Prophetica historia desinit, HERODOTVS HALICARNASSÆVS, (qui circa annum mundi 3540. initio belli Peloponnesiaci in Græcia floruit) suam historiam ordiatur: Qui non modò Cyri ac Persicæ Monarchiæ, cuius initia sunt in Biblijs, res gestas, vsq; ad bellum Xerxis optima fide, & lenissimo ac suauissimo orationis genere contexit, verumetiam regni Lydorum & Medorum, ac imprimis Ægyptiaci historiam amplissimam, & multis in locis cum Prophetica congruentem: & antiquissimæ gentis Ionicæ ac vrbis Atticæ, & Regum Laconicorum & Corinthiorum historias descripsit. Ac omnibus cæteris historiæ Scriptoribus Ethnicis, tum antiquitate rerum ac regnorum, tum exemplorum multitudine, tum verò inimitabili purissimæ et dulcissimæ orationis elegantia & suauitate antecellit. Extat autem in Herodoto continua series annorum 240. à Gyge Lydorum Rege, qui vnà cum Manasse Rege Iuda anno mundi 3246. imperare cœpit, vsq; ad Xerxis & Persarum ex Græcia fugam, quæ in annum mundi 3486. incidit. Sed totius Herodoti historiæ, & singulorum illius librorum argumenta, & Chronologiam integram alibi exposuimus.



S E R I E S

Herodotum è vestigio sequitur *THYCRIDIDES* Atticus, qui à Xerxis ex Græcia discessu vsq; ad 21. annum belli Peloponnesiaci, historiam annorum temporum 70. complexus est. Etsi enim bellum, suo tempore, inter Athenienses & Peloponnesios gestum, in quo ipse etiam exercitus duxit, ex professo describendum suscepit: tamen in primo libro ( pag. 20. & demiceps vsq; ad 26. ) ἤδη ἐκβολῶν τῷ λόγῳ, vt ipse loquitur, digrediens à proposito, intexit historiam annorum 50. qui inter Xerxis fugam, vbi Herodotus desinit, & initium belli Peloponnesiaci, intersunt.

Vt autem Herodotus Monarchiarum & Regnorum, ita Thucydides ciuitatum præcipuè res gestas explicauit. Ac verè κτήμα ἐστὶν αἰεὶ, hoc est, perpetuum thesaurum composuit, & illustrem ac expressam imaginem omnium, quæ in Reipublicæ gubernatione omnibus mundi temporibus ferè similia solent accidere, negotiorum, morum, consiliorum, conatum, fœderum, bellorum ciuiliū, & calamitatum tristissimarum, quæ bella præsertim intestina, comitantur.

Orationes verò, quas valde multas, et summo dicendi artificio & cura elaboratas, narrationibus intexit, adeò pressæ sunt verbis, &  
sti-



HISTORICORVM.

Stipata sapientissimis sententijs, & regulis ac imaginibus consiliorum vitæ confertæ, nihil vt argutius aut nervosius, et ad omnia mundi tempora congruentius cogitari possit.

Thucydidis historiam continuat XENOPHON, apud Attica, cuius in dicendo suauitatem & venustatem in affectatam, tantopere admirata est antiquitas, vt ipsas finxisse sermonem ipsius Gratiâs iudicavit. Hic in Septem illis ἑπτὰ βιβλίων seu ἑπτάβιβλος libris, à fine Thucydidis exorsus, circiter 44. annorum bella inter Græcas præcipuè ciuitates gesta, vsq; ad prælium Epaminondæ ad Mantineam, & annum mundi 3600. contexuit.

Nec tantum historiae & Philosophiæ Scriptor sapiens fuit, vt pote in Socratis Schola, cuius etiam ἀπομνημονεύματα, id est, dicta & facta digna memoria posteris reliquit, institutus: verum etiam rei militaris gloria excelluit: et expeditioni Cyri iunioris aduersus Artaxerxem Mnemonē interfuit: cuius suæ profectiois occasionem ipse recitat initio libri 3. ἀναβάσεως, hoc est, expeditionis Cyri à se descriptæ.

Cyri maioris παιδεία, non ad historiae fidem, sed velut formam institutionis, & imaginem boni Principis, quam nihil à patre bono differre ait, sapientissimè expressit. Quam ea de

cau.



S E R I E S

*causæ laudatissimus Imperator Scipio Africanus nunquam ex manibus deponere solitus est.*

DIODORVS SICVLVS Bibliothecam seu vniuersalem totius ferè orbis habitati Historiam, omnium accuratissimè temporibus & annis singulis distinctam, vsq; ad Iulij Caesaris tempora, libris 40. complexus est. Quorum sex priores, ex vltima vetustatis memoria repetitam originem mundi, & antiquitates Ægyptias, Assyrias, Libycas, Græcas, & aliarum gentium res gestas, quæ bellum Troianum antecesserunt, summatim exponunt. Reliqui 34. libri, continuam seriem annorum 1138. à bello Troiano vsq; ad Iulium Cæsarem comprehendunt.

Etsi autè ex vniuersa hac Diodori Bibliotheca 15. tantummodo libri extant, & in his, quinque priores, exacta temporum distributione carent: tamen imprimis grata & dulcis cæterorum Diodori librorum lectio, omnibus studiosis eam quoq; ob causam esse debet, quòd nemo ferè, inter omnes historicos, diligentius & exactius, tempora & annos singulos distinxit: & res omnes eodem tempore in diuersissimis mundi partibus gestas, maiori perspicuitate & luce, suo quasq; loco, ὑπὸ μιᾶν σάωσις ἦγε, hoc est, sub vnum aspectum posuit, & velut  
in Ta-



HISTORICORVM.

in Tabula simul aspiciendas exhibuit.

Sequitur autem Xenophontis Ἑλληνικά fere immediate Sedecimus Diodori Siculi liber, in quo Philippi Macedonis, qui anno mundi 3604. regnare cœpit: & deinceps Alexandri Magni, & successorum ipsius res gestas descripsit. Ac in fine vicesimi libri, inter eos, qui extant postremi, vsq; ad annum mundi 3664. peruenit. Qui annus in decimum librum Liuij, & annum vrbis Romæ 452. incidit.

T. LIVIVS Patavinus, Latine historię princeps, ac verè lacteo eloquentię fonte manans, & admirabili orationis grauitate, & copia, ac splendore, omnibus latinis scriptoribus antecellens, continuam 746. annorum historiam, à condita vrbe Roma, anno mundi 3212. vsq; ad quartum annum ante Christum natum, qui est Imperij Augusti 38. conscripsit. Et singulari cura & fide originem & formam Romanę Reipublicę, Legum, Sacrorum, Magistratuum, pacis belliq; instituta, præstantium gubernatorum & ducum imagines illustres, consiliorum maximorum deliberationes, res domi forisq; gestas, & mutationes insignes, earumq; causas, miro & iucundissimo orationis candore & maiestate explicuit: & temporum & annorum singulorum seriem, annotatis Consulibus



S E R I E S

*Sulum nominibus, accuratè discreuit.*

*Etsi autè de 14. Decadibus seu 140. libris Liuij tres tantummodo Decades, & quintæ dimidium, extant, tamen reliquorum librorum Argumenta, & præcipuarū historiæ series, ex epitoma Flori facile animaduerti possunt.*

*Primus liber Liuij vrbis Romæ originem, & historiam annorum 244. continet, quibus summa rei Romanæ, penes septem Reges fuit: quorum eiectione in Darij Hystaspis, Persarum Regis tempora, & annum mundi 3456. incidit.*

*Sequentes Nouem primæ Decadis libri, 218. annos includunt: & vsq; ad annum mundi, 3674. & 34. post Alexandri Magni mortem perueniunt.*

*Secundæ Decadis libri, quos nondum in lucem nostra ætate perlatos esse scimus, 74. annos complexi sunt: quibus cum Pyrrho Rege Epirotarum, & primum Punicum bellum Romani gesserunt.*

*Tertia Decas, 16. tantummodo annos, & solius secundi belli Punicæ historiam recitat, quod anno vrbis 552. finitum est.*

*Quarta Decas, 24. annorum historiam, videlicet bella cum Philippo Rege Macedonia, & Antiocho Magno, & Galatis gesta exponit.*

*Quinq;*



HISTORICORVM.

Quinq; sequentis Decadis libris & postre-  
mi inter eos qui extant, vsq; ad P. Amylij, de  
Perseo Macedonum Rege triumphum, &  
annum vrbis Romæ 588. qui est à mundo con-  
dito 3800. & ante Christi natalem 162. per-  
ueniunt.

In reliquis nouem cum dimidia Decadibus,  
seu 95. lib: historiam annorum 158. vsq; ad an-  
num vrbis 746. qui est Augusti Cæsaris 37. et  
ante Christi natalem 4. Liuius perduxit.

Obijt autem Liuius anno post natum Chri-  
stum 21. quo ipso anno etiam Ouidius Poëta, &  
Germanicus Cæsar, ex hac vita discesserunt.

Post Liuium multi Scriptores (de quibus  
paulò post ordine dicam) Romanorum Cæsa-  
rum Vitas, et aliarum gentium res gestas, à na-  
to Christo, vsq; ad nostra tempora contexue-  
runt. Ac Monarchiæ Romanæ et Augusti præ-  
cipuè initio diligentissimè descripsit Appianus  
Alexandrinus lib. 3. 4. & 5. Bellorum civili-  
um. Et DION à lib. 45. vsq; ad 57. Sequen-  
tium verò Cæsarum Romanorum Vitas in vnũ  
historiæ corpus, vel à Iohanne Cuspiniano,  
Maximiliani Cæsaris Historico, vel in Antoniij  
Sabellici septima, 8. 9. 10. Enneade, vel Io-  
hanne Nauclero, Tubingensis Ecclesiæ præpo-  
sito, vsq; ad annum Christi 1500. deductas, stu-  
diosi



S E R I E S.

Studiosi simul perlegant. Et de proximis 50. annis, PAVLI IOVII historiã vniuersalem, splendidissimè & ornatissimè scriptam adiungant.

Ex his scriptoribus continua maximarum rerum, quæ in Mundo acciderunt, series cognosci rectissimè potest.

Nunc de singularum Monarchiarum, & Gentium, Græcæ imprimis, & Romanæ, ac Germaniæ, historicis præcipuis, & lectione dignissimis, ordine dicemus.

Initium PRIMÆ MONARCHIÆ, quam Nimrod nepos Chami, circiter annum à diluuiò 130. incoauit, & origines seu stirpes omnium gentium à filijs & nepotibus Noë propagatarum, in Biblijs annotatæ, & in Iosepho ac Beroso copiosius euolutæ ac illustratæ sunt.

Etsi autem de BEROSO, iudicium Viuis & Beati Renani, nõ ignoro: nec satis asseuerare ausim, quinq; antiquitatum libros, qui cum Annij Viterbiensis Commentarijs circumferuntur, illius Berosi, qui Alexandri tempore vixit, opus esse, cuius Babylonica Athenæus lib. 14. Et Iosephus lib. 1. contra Appionẽ citant, & cuius statuam inaurata lingua Appione positam esse Plin. lib. 7. refert: tamen libellum illum antiquitatum Berosi & Annij, lectu non inutilem



HISTORICI.

inutilem aut insuauem esse, et multis Bibliorum  
 & Diodori Siculi, & Dionysij Halicarnassæi  
 & aliorum Scriptorum locis, lucem singula-  
 rem afferre, manifestum est. Nusquã certè ali-  
 bi origines & propagationes omnium Genti-  
 um & regnorum vetustissimorum et continua  
 38. regum primæ Monarchiæ Assyriorum seri-  
 es, à Nimrod vsq; ad Sardanapalum deducta  
 extat, præterquam in Beroso, (qui vsq; ad 18.  
 regem Ascadadem & Iosue tempora) & deinceps  
 in MANETHONE Ægyptio, qui vsque  
 ad 32. Regem Eupalem, Salomoni σὺγγρονον  
 peruenit. Postea METASTHENES seriem  
 contexit, & bipartitæ Monarchiæ Reges vsq;  
 ad Cyrum, & deinceps Persicos Monarchas,  
 vsq; ad Alexandri Magni mortem recenset.

Nullus autè apud Græcos celebrior rerum  
 Assyriarum & Persicarum scriptor laudatur,  
 quàm CTESIAs Gnidius, qui circa annum  
 mundi 3564. in Cyri iunioris aduersus fratrem  
 Artaxerxem expeditione captus, & propter  
 artis Medicæ peritiã, in regis familiã ascit-  
 tus ex cõmentarijs regis, vetustissimam regum  
 Assyriæ & Babyloniæ ac Persiæ historiã Græ-  
 cis prodidit, deductã à Nino, vsq; ad annum 7.  
 post captas à Lysandro Athenas. Ex hoc Cte-  
 sia, Nini & Semiramidis ac Sardanapali histo-  
 M riam



G R A E C I

riam, descriptam habemus apud Diodorum Siculum lib. 2. Ac quod in principio 2. lib. Chronicorum Philippi dicitur Duris scripsisse, Sardanapalum incensa regia sese & mulieres incendio perdidisse: id apud Athenæum lib. 12. non Duris, qui eum ab Arbace Medo interfectum esse prodidit, sed Ctesias scriptum reliquisse perhibetur.

PERSICÆ Monarchiæ & rerum Græcarū, quæ in tempora illa inciderunt, Scriptores illustres sunt, Herodotus, Xenophon, & Diodorus Siculus, de quibus paulò antè diximus.

Amplissimus autem historiæ Græcæ & Latinae thesaurus, et verè Bibliotheca omnium veterum historiæ Scriptorum sunt PLUTARCHI Charonensis (qui circa annū à nato Christo 100. floruit) monumenta, in quibus Vitas illustrium Gentis Græcæ ac Latinae virorum circiter 50. complexus est, plenas optimarum rerum copia, & stipatas sapientissimis sententijs & Regulis vitæ, ad quas velut ad scopum, narrationes plerasq; solet referre. Orditur autem Græcorum vitas à Theseo Athenarum Rege, ac desinit in Philopœmene Acheorum Duce, qui octennio ferè, post Antiochi Magni cum Romanis bellum decessit, anno ante Christi natalē 180. Romanos verò duces à Romulo vsq; ad Gal-



HISTORICI.

Galbam & Othonem deducit, qui anno post natalem Christi 71. inter se de Imperio dimicârunt.

Celebrantur & alij Historiæ Græcæ Scriptores à Cicerone, Diodoro Siculo & alijs. Inter quos præcipui sunt:

HECATÆVS Milesius, qui tempore Darij Histaspis et Xerxis florens, Europæ, Asiæ et Africae πῶν γῆσιν ἐπεδίδιτ, & Herodoto (qui pag. 156. & 197. mentionem ipsius honorificam facit) scribendi materiam suppeditavit.

Huius Historiam HELLANICVS Mitylenæus, Herodoto σὺ γῆσιν, vsq; ad Perdicae Regis Macedonum tempora & initia bellis Peloponnesiaci contexit, & citatur à Thucydide pagina 22.

THEOPOMPVS CHIVS, Isocratis discipulus, Thucydidis Historiam vsq; ad prælium Cononis ad Cnidum, quod anno 10. post captas Athenas factum est, pertexit: & 17. annorum res à Græcis gestas 12. libris complexus est. Citantur et 72 libris Ὀλυμπιακῶν Theopompi, in quibus liber 41. & duo sequentes, Siculam historiam annorum 50. contineant, ab initio Dionysij superioris vsq; ad Dionysium iuniorem Corinthi exulantem, circa annum 16. Philippi Macedonis.

M 2

Fuis



ΓΡΑΕΙ

Fuit autem Theopompus, ut Græci de eo scribunt, τῆ φράσει πολὺς καὶ συνεχὴς ἑφορᾶς μεσὸς: Ὀλαλήθης δὲ τὸ ἦθος πικρὸς.

ΕΡΗΘΡΟΣ ΚΥΜΑΕΥΣ, Theopompi condiscipulus 750. annorum historiam, ab Heraclidarum descensu in Peloponnesum, usq; ad 20. annum Philippi Macedonis, complexus est. Ex Ephoro apud Strabonem lib. 9. citatur historia de Thracibus Parnassi accolis, qui, cum aliquot dierum Indutias cum Bœotijs fecissent, noctu eorum agros vastabant. Quam historiam Cicero in Officijs recitat.

PHILISTVS STRACVSIVS paulò ætate superior, (nam Dionysij Tyranni familiaris, & Platoni σὺγγονος, ac inimicus fuit) Siculã historiam ad annos 800. usq; ad captum à Carthaginensibus Agrigentum, & initium Dionysij Tyranni (biennio ante captas à Lysandro Athenas) libris 7. contexuit. Inde Dionysiorum historiam addidit: Quam ATHANAS Syracusanus adiunctis rebus à Dione gestis, absoluit,

DVRIS Samius, à morte Iasonis Pherei, annis 30. ante Alexandrum Magnum, Græcam Historiam exorsus est, et Regum Macedonicorum & Agathoclis res gestas exposuit.

TIAMVS Andromachi principis Taurome-



HISTORICI.

romenij filius, tempore Agathoclis floruit annis  
20. post Alexandri Magni mortem, & deinceps.  
Descripsit autem res Siculas ac Italicas et  
aliarum gentium multis libris, in quibus paulò  
ante primam traiectionem Romanorum ex Ita-  
lia in Siciliam & initia primi belli Punici, hi-  
storiam finiuit, Quã Polybius deinde contexuit.  
Iudicat autẽ Cicero hunc Timæum, inter omnes  
priores, et eruditione longè excellere, & rerum  
copia, sententiarũ varietate abundantissimum,  
et compositione politũ esse. Sed à Suida propter  
malevolentiam & ὀλιωκίαν vituperatur.

ALEXANDRI MAGNI Græcorum  
Monarchæ res gestas plurimi scriptores, & in-  
ter hos CALLISTHENES Olynthius Ari-  
stotelis discipulus, & Aristobulus ac Ptolemæ-  
us, assidui itinerum illius comites, literis pro-  
diderunt.

Sed nostro tempore, ex Græcis, præter Dio-  
dorum Siculum lib. 17. & Plutarchum, A R-  
RIANVS Nicomediensis, tantummodo super-  
est, Qui circa annum Christi 140. florens, Ale-  
xandri Magni historiã singulari & planè Xe-  
nophonteâ orationis suauitate & elegantia li-  
bris 8. explicauit. Omnium verò copiosissimè  
res Indicas recenset, quas lib. 4. exorsus deinceps  
vsq; ad historiæ finem persecutus est.

M 3

Inter



G R A E C I

Inter latinos *Q. CURTIUS* extat, argutus,  
elegans & nervosus Scriptor, sed ἀκέφαλος.

*SUCCESSORVM* Alexandri Magni la-  
nienas mutuas descripsit *Diodorus Siculus* lib.  
18. 19. 20.

Seriem Regum Syriae et Asiae continuam,  
à Seleuco Alexandri Magni successore, vsq; ad  
Antiochum Epiphanem, et deinceps vsq; ad po-  
stremum Antiochum, à Pompeio captum, cōte-  
xit *APPIANVS* Alexandrinus, in Syriacis.

*POLYBIVS* Megalopolites, Scipionis iu-  
nioris (qui anno Mundi 3820. Carthaginem  
delevit) praeceptor et consiliarius ac comes assi-  
duus: Historiam Graecae gentis Achaeorum ab  
Olymp. 124. seu anno mundi 3680. (qui est à  
morte Alexandri Magni 40.) Romanam à pri-  
mo bello Punico, cuius initium in 3700. mundi  
annum incidit, exorsus est.

Supersunt autem de 40. illius libris, quinque  
tantummodo priores, & sequentium duodecim  
Epitome, in quibus vsq; ad praelium Philippi  
Macedonis & Romanorum, ad Cynoscephalas  
factum, anno mundi 3766. peruenit.

Quòd autem ex Polybio allegatur de Sci-  
pione incendium Carthaginis cum lacrymis spe-  
ctante, et Homeri versum *Ιλ. ξ. addente, ἕως δὲ  
ἡμᾶς ὅταν ποτ' ὀλώλη Ἰλιθ' ἰσθ' :* id in *Ap-  
piani*



HISTORICI.

piani Alexandrini Libycis, ex Polybio citatur.

Maximam autem toti Historiæ rerum Græcarum lucem adferunt *TAVSANIÆ COMMENTARII*, non tantum Regiones & loca Græciæ omnia, & quid in singulis extiterit *ἄξιον μνημονεύειν* accuratè & exquisitè describentes, verum etiam familiarem & principum in Græcia vetustiss. Genealogias, ex antiquissimis stirpibus deductas, & multarum insignium rerum narrationes, quæ nusquam alibi leguntur, ut in primo statim libro de Ptolemæo Lagi, Philadelpho, Philometore, de Lysimacho, de Pyrrho Rege Epirotarum, de Seleuco Nicanore &c. multa scitu iucundissima & alibi non facilè obuia commemorantes.

*STRABO* etiam, qui Tiberij Cæsaris tempore orbem terrarum descripsit, plurimas Græcæ historiæ, ac imprimis Homeri partes clarissimè illustravit lib. 8. 9. 10. 13. 14. 5. 6. &c.

Et *ATHENÆVS*, qui M. Antonini temporibus floruit, præter admirabilem multarum scituq; dignissimarum rerum, & vocabulorum varietatem, plurimas etiam historias, ex omnium Gentium Scriptoribus, qui temporum iniuria amissi sunt, ac verè Bibliothecam omnium veterum Historicorum, Poëtarum, Philosophorum complexus est. Similiter & *SVIDAS*

M 4 non



L A T I N I

non tantum Lexicon seu Grammaticas vocabu-  
lorum interpretationes collegit, verumetiam  
multorum Regum & hominum doctorum Vi-  
tas, & scripta, & tempora, quibus vixerunt,  
annotavit.

ROMANÆ HISTORIÆ INITIA  
& urbis, Magistratum, sacrorum, iuris ac le-  
gum Romanarum origines, accuratissimè & or-  
natissimè descripsit DIONYSIVS HALI-  
CARNASSÆVS vsq; ad initium primi belli  
Punici & annum urbis 489. Hunc in M. Var-  
ronis, omnium Romanorum eruditissimi familia  
vixisse, & ab hero suo acceptam historiæ mate-  
riam literis mandasse existimant. Floruit au-  
tem Augusti Cæsaris ætate: & in prioribus  
vndecim libris, qui soli extant vsq; ad annum  
urbis 312. peruenit.

M. CATO, Septem ORIGINVM LI-  
BROS scripsit: Quorum primo, Res gestas Re-  
gum populi Romani: Secundo & Tertio, sin-  
gularum in Italia ciuitatum origin: et Antiqui-  
tat: Quarto, bellum Punicum primum: Quinto,  
secundū: Sexto et Septimo, reliqua bella vsq; ad  
Sergij Galbæ præturam complexus est. Fuit  
autem Consul Cato annis 132. ante Ciceronem.

Cæterorum Romanæ historiæ veterū Scri-  
ptorum, qui Iulij Cæsaris & Liuij ætatem ante-  
cesse-



HISTORICI.

cesserunt, videlicet FABII, C. Fannij, qui Lælij illius sapientis gener fuit, Celij Antipatri, Valerij Antiatis, L. Sisennæ, qui Syllæ coætaneus fuit, Claudij Quadrigarij, Licinij Marcij, &c. nomina tantummodo in Cicerone de claris oratoribus & de legibus, & in Dionysio Haliarnassæo, & LIVIO, de cuius historia superius dictum est, commemorantur.

SALUSTIUS, Ciceroni & Iulio Cæsari ὁ ἄριστος, multas historiae Romanae partes, summa cum sapientiae & purae ac argutae brevitatis, & elegantis facundiae laude perscripsit. Ex quibus nunc Coniuratio Catilinae, anno urbis Romae 691. anno ante natum Christum 60. à Cicerone consule oppressa: & bellum Iugurthinum, anno 44. ante Catilinariam seditionem, à C. Mario consule confectum: & ex cæteris historiarum libris orationes aliquot, & ad C. Cæsarem de Republica ordinanda, tantummodo extant. Fuisse autem Salustium M. Catonis & Thucydidis Attici perstudiosum, similis formae orationis pressae & concisae, & sapientissimis sententijs stipatae, & multa ex Thucydide dicta ad verbum conuersa ostendunt.

Est autem hæc Series Temporum et rerum, à Salustio, in libris, qui adhuc extant, descriptarum.

M 5

Ma-



Anno  
Vrbis  
Romæ  
606

CHRONOLOGIA

MASINISSA Rex Numidiæ, amicus Scipionis, auus Iugurthæ, obiit anno ætatis 95. ante Christi Natalem 145.

Masinissa

Micypsa Manastabiles Gulussa.

Adher- Hyem- IUGUR- Gu- Massi-  
bal. psal. THA ad- da. ua.  
optatus à  
Micypsa.

620 Iugurtha in bello Numantino industriam & virtutem suam Scipione & Romanis probat, anno 130. ante natum Christum.

636 Micypsa moriturus hortatur filios hæredes Regni ad concordiam, quæ parua res crescunt, discordia verò maximæ dilabuntur.

642 Iugurtha Cirtham capit, & Adherbalem fratrem interficit.

643 Initium belli Iugurthini.

644 Iugurtha Romæ coram Senatu se excusat.

Massiuam patruelem interficit.

Postea instaurato bello Exercitum Roma. sub iugum mittit. Cos.



Anno  
Vrbis  
Romæ

SALVSTIY.

645

Cos. Q. Metellus Numidicus vincit Iugurtham.

646

Metellus Vaccam recipit.

647

C. MARIUS Consul, urbem Capsam capit. Iugurtham prælio vincit: qui ad Bocchum Maurorum Regem fugit.

648

Iugurtha, Syllæ, Quæstori Marij, victus à Boccho traditur: & ad Marium deducitur.

CICERO natus est.

Q. Cepio & M. Manlius à Cimbris victi sunt.

650

C. MARIUS Consul Calendis Ianuarij de Iugurtha triumphavit, anno 100. ante natum Christum.

666

L. SYLLA Consul & dux belli contra Mithridatem, Marium vrbe Roma expulit.

673

Sylla Dictator.

676

Oratio M. Lepidi Consulis ad pop. aduersus Syllam habita, qui eodem anno obiit.

Cotta Cos. oratione deuouet se pro Republica.

Macer Trib. pl. de restituendo Tribunatu in pristinam dignitatem ad plebem concionatur.

Cæ.



Anno

SALUSTIVS.

Vr. R.

Cn: Pompeio & M. Crasso Coss.

684.

Tribuniplexis restituti sunt.

688.

L. Iulio, M. Lepido Coss. Initia  
coniurationum aduersus Rempublicam,  
Quibus Catilina interfuit.

690.

Catilina Cal. Iunij coniuratos con-  
uocat.

691.

CICERO Consul, ex Fulvia Ca-  
tilinae vxore, consilia coniurationis ex-  
plorat, & tandem coniuratos captos in  
carcere necat, Nonis Decemb.

709.

CAESAR perpetuus Dictator  
Romae constitutus. Ad hunc Salustius  
duas de Republica ordinanda oratio-  
nes scripsit.

IULIVS CAESAR, rerum à se in bello  
Gallico & ciuili ab anno urbis 696. vsq; ad  
706. gestarum historiam, & singulorum anno-  
rum singulos commentarios confecit, tanta ora-  
tionis purissimae & propriissimae venustate &  
candore natiuo, nihil vt tersius ac politius, &  
ad nostrae orationis rectè ac perspicuè formandae  
rationem vtilius et accommodatius fingi possit.  
Magis enim parabile seu εὐπρόσιπον est genus  
dicendi Iulianum, quam Ciceronis oratio, cuius  
splendorem & copiam ac compositionem ma-  
gnifi-



I V L I V S C A E S A R .

gnificam, ne ipsius quidem ætate, assequi imitando quisquam potuit.

Cum autem in nullo scriptore Latino vetustiore, mentio patriæ nostræ Germaniæ, & honorifica fortitudinis bellicæ & aliarum virtutum in maioribus nostris lucentium celebratio extet: patriæ etiam amore gratior nobis Iulij Caesaris, ac præsertim Sexti & quarti Libri lectio esse debet. Cui ut lucis aliquid accedat, CHRONOLOGIAM breuem adiungam.

Anno | L. Cassius Cos. vnà cum legato L. Pi-  
Urbis | sone ab Heluetijs Tigurinis occisus, et  
Romæ | exercitus illius sub iugum missus est.

648. | M. Messala, M. Pisone Cos. anno  
693. | 58. ante natum Christum. Orgetorix  
seu Hertoge Himrics, Dux Helueticorum, de occupatione Galliæ Regno consilia capit.

Senatus decernit, uti quicumq; provinciam obtineret, quod commodo Reipublicæ facere possit, Heduos, cæterosque amicos populi Romani defenderet.

695. | CÆSAR CONSUL. Orgetorix mortuus est. Ariouistus seu Ehrnue-  
stus Rex Germanorum, amicus P. R. à Senatu appellatus.

Primus



Anno  
Vrbis  
Romæ

696

CHRONOLOG. HISTO.  
PRIMVS LIBER ET ANNVS  
BELLI GALLICI.

1. L. Pisone, A. Gabinio Coss. Heluetij in Gallias per prouinciam irrupturi, die 28. Aprilis ad Rhodanum conueniunt: sed à Cæsare transitus ijs negatur. Postea Tigurini à Cæsare ad Ararim cæsi sunt. Tandem iusto praelio victi Heluetij se Cæsari dediderunt.

Deinde Hedui et vniuersa Gallia defensionem à Cæsare aduersus Ariouistum seu Ernuestum Regem Germanorum petit.

Cæsar Ariouistum non procul à Rheno profligat.

697

2. Belgæ in ditionem Cæsaris veniunt. Nervios periculoso et ancipiti praelio ad internecionem ferè Cæsar redigit.

698

3. Valesij in Alpibus à Galba victi. Cæsar Nanneteses et reliquas ciuitates Armoricas, praelio nauali victas, sub Corona vendit.

P. Crassus, Marci filius, in Aquitania feliciter hostium castra expugnat.

699

4. Cn. Pomp. M. Crass. Coss.

Germanicæ gentes, quæ à Suenis pulsæ in Galliam transierant, à Cæsare

re



Anno  
Vrbis  
Romæ

RIA CÆSARIS.

re ad ostium Mosæ profligantur.

Cæsar Rhenum ponte iunctum in  
Vbijs, transit, & reuersus in Britanni-  
am traicit.

700

5. Cæsar, pacata Treuironum Ciuita-  
te, in BRITANNIAM cum exercitu  
proficiscitur, & Tributo annuo Insulæ  
imposito, redit.

Legio Romana ab Ambiorige Ebu-  
ronum seu Leodiensium Rege ad inter-  
necionem ceditur. Q. Ciceronis legati  
castra oppugnantur: sed aduentu Cæ-  
saris & nece Induciomari Treuiri,  
Gallia iterum pacatur.

701

6 Cæsar acceptis à Pompeio duabus  
Legionibus, Senones, qui defecerant, et  
Treuiros recipit: & secundò, Rhenum,  
ponte factò, in Germaniam transit.  
GALLORVM, Druidarum ac Germa-  
norum religionem & mores, & Her-  
cyniam siluam, describit: & Ambio-  
rigis regionem vastat.

Clodius à Milone interfectus est.

702

7. Vercingentorix totius ferè Gallie  
deficientis Rex delectus est. Cæsar  
Auaricum expugnat, & tandem ad  
Alex-



Anno	CHRONOL. HISTOR.
Vrbis	Alexiam, Gallorum copijs profligatis,
Romæ.	Vercingentorigem deditioe capit.
703.	8. Bituriges & Bellouacos ad deditioem cogit. Vxellodunum capit: & totam Galliam pacat.
704	9. Cæsar in Italiam excurrrens, se & honorem suum municipijs ac colonijs commendat.
705	T. Labienũ Galliæ Togatæ præfecit. 10. Initium BELLI CIVILIS Cæsar Pompeio & Senatu ex Italia in Græciam fugato, Urbem Romam occupat. Deinde Massiliam obsidet, & Duces Pompeij in Hispania Petreium et Afranium vnâ cum exercitibus deditioe accipit.
706	Cæsar Consul, Pompeium in Pharsalia vicit fugientem in Ægyptum persequens mense Octobri: Nouem integros menses in Ægypto consumsit.
707	Cæsar Dictator paulò ante hiemem Romam redit.
708	Bellum in Africa cum Scipione, Iuba & Catone confecit.
709	In Hispania cum S. Pompeio confligit.
710.	Idibus Martij interficitur.

Julij



RIA CAESARIS.

Iulij Caesaris mortem & AVGVSTI Imperatoris, primo Imperij decennio res gestas, diligentissimè ac copiosissimè persecutus est APPIANVS ALEXANDRINVS lib. 2. 3. 4. & 5. Bellorum Civilium: qui Adriani Caesaris temporibus floruit: Et DION Cassius Nicenus lib. 45. et sequentibus vsq; ad 59. integram Imperij Augusti historiam copiosissimè persecutus est.

VELLEIVS PATERCVLVVS, qui sub Tiberio Imperatore praefectus equitum & Quaestor fuit, purissimo & dulcissimo orationis genere Epitomen historiae Romanae vsq; ad Tiberij Imp. annum 16. qui fuit à nato Christo 32. deduxit.

COR. TACITVS, qui sub Adriano Imp. praefectus Belgicae Galliae fuit, à morte Augusti Caesaris (quæ in annum nati Christi 16. diem 19. Mensis Augusti incidit) exorsus, primis quinque libris TIBERII Caesaris historiam complexus est. Posterioribus undecim, ab 8. anno Claudij, vsq; ad initium Vespasiani Caesaris, & obsessam à Tito Ierosolymam, peruenit, anno Christi 72. oratione pressa, propria, arguta, & paucis verbis res multas complectente, & crebris sententijs ornata vtitur.

Vt autem Series rerum à Cornelio Tacito


N

poste-



CHRONOL: HIST O-

posteritatis memoriae traditarum, & patriæ in-  
 prtmis nostræ, seu Germanicæ historiae, quarum  
 multas & valde insignes Tacitus commemorat,  
 facilius intelligi & animo comprehendi à iu-  
 nioribus possunt: CHRONOLOGIAM HI-  
 STORIÆ TACITI, & partem Familiæ seu  
 posterorum Augusti, hoc in loco adiungam.





Anno  
Christi

RIA TACITI.

TIBERII Imp.

16

1. CL. TIBERIVS Augusti pri-  
uignus & successor, statim initio Impe-  
rij, Agrippam Posthumum interficit  
pag. 3.

Seditio Militum in exercitu Ger-  
manici orta, simulato discessu Agrippi-  
nae coniugis, & filij Caligulae sedatur  
pag. 14. 17.

Iulia Augusti filia, ob impudicitiam  
a patre relegata obiit pag. 21.

17

2. Germanicus Caesar vicit Armi-  
nium seu Hermannum Ducem Cherusco-  
rum, & uxorem Arminij viuam ce-  
pit, anno 6. post cladem Quintilij Vari,  
pag. 23. 25.

Templum Augusto in Hispania  
conditum pag. 31.

Centesima rerum venalium, post bel-  
la ciuilia instituta, confirmatur, pa. 21.

18

3. Germanicus, Rheni ostia praeter-  
nauigans, in Amisiam fl. classem du-  
cit, & transgressus Visurgin, Armini-  
um & Germanos bellum instaurantes  
vincit, pag. 34. 35. 38.

Exercitus Germanici, per Amisiam  
in Oceanum nauigans, naufragio perit  
pag. 39.

N 2 Li



Anno  
Christi

INDEX HISTORIAE.

TIBERII Imp.

Libonis Drusi accusatio & mors  
pag. 41.

Mathematici vrbe pulsati pag. 42.

Luxus defensio pag. 43.

Agrippa ficticius capitur 45.

19

4 Germanicus de Cheruscis, Cattis,  
alijsq; Germaniæ populis à se deuictis,  
triumphat pag. 46.

Ducentesima rerum venalium Ro-  
mæ instituta.

Terræmotu 12. Asiæ vrbes perie-  
runt pag. 48.

Tacfarinas Numida in Africa bel-  
lum mouet pag. 50. 69. 73.

20

5 Germanicus in Asiam profectus  
pag. 50. 51.

21

6 Germanicus in Ægyptum lustrat  
vsque ad Syenen & Elephantinam  
pag. 53.

Maraboduus Marcomannorū Rex in  
Italia Rauēnæ 18 annos habitat pa. 54.

Germanicus veneno à Pisone da-  
to necatur pag. 56. 57.

Liua vxor Drusi filij Tiberij so-  
ror Germanici, gemellos parit pag. 60.

Arminius moritur anno vitæ 37.  
pag. 61.

7. Lu-



Anno  
Christi

CORNELII TACITI.

TIBERII Imp.

22

7 *Luctus de obitu Germanici pa. 63.*  
*NERONI filio Germanici primò*  
*forum ingresso & pontifici, nupta Iulia*  
*Drusi filia pag. 71.*

*Obijt Salustius, Salustij historici ex*  
*fratre nepos 72.*

23

8. *Tiberius in Campaniam secedit*  
*pag. 73.*

*An uxores à Magistratibus vnà in*  
*prouinciam ducendæ pag. 73.*

*Galliæ vrbes ob magnitudinem æ-*  
*ris alieni rebellionem cœperunt, duce*  
*Sacroniro & Floro pag. 76. 77.*

24

9 *De luxu coërcendo deliberatum.*

*C. Syllani accusatio.*

*Atteij Capitonis et Labeonis et An-*  
*tistij Iuriscon. comparatio pag. 86. 88.*

*IUNIA C. Cassij vxor, anno 64.*  
*post prælium Philippense obijt pag.*  
*88.*

25

10. *Ælius SEIANVS præfectus*  
*prætorio Liuiam, Drusi, filij Tiberij,*  
*vxorem stuprat, & per Medicum Eu-*  
*demum Druso venenum letale dari cu-*  
*rat. Id scelus octauo post anno demum*  
*detegitur.*

N 3

Sta-



Anno  
Christi

INDEX HISTORIÆ

TIBERII Imp.

Status Reipublicæ Romanæ eo anno describitur pag. 93.

26 11 C. Silius per calumniam opprimitur pag. 94. 95.

Tacfarmas Numida victus pag. 97.

Q. Vibius Serenus à proprio filio accusatus maiestatis, deportatur.

27 12. Cremutius Cordus historiæ Scriptor, accusatur, quòd Brutum & Cassium laudârit, pag. 100. 101. NB. ipse excusationem.

Seianus petit coniugiũ Liuiæ pa. 103

L. Domitius auus Neronis mortuus pag. 105.

L. Antonius mortuus.

Pontius Pilatus præses in Iudæam mittitur.

28. 13. Poppæi Sabini triumphus de Thracibus deuictis.

Domitius Afer Orator pag. 108.

Agrippina vxor Germanici offendit Tiberium.

Tiberius discedit ex vrbe Roma, vnde 11. annos vsq; ad mortem absuit pag. 110.

Cocceius Nerua Iuriscon. comitatur Tiberium.

14. Am



Anno  
Christi

CORNELII TACITI

TIBERII Imp.

29

14. Amphiteatrum Fidenis concidit  
in quo 50000. hominum obruta.

Tiberius Capreas se in Insulam ab-  
didit, pag. 113.

30

15 Titius Sabinus, Germanici ami-  
cus, scelerate proditus, interficitur pag.  
114.

LIVIA neptis Augusti obiit, cum  
ante 20. annos propter adulterium, in  
Trimerum Insulam Apulicæ vicinam  
relegata esset, pag. 115.

Frisij vincunt Romanos pag. 116.

Filia Germanici Agrippina, Cn. Do-  
mitio patri Neronis nupta in fine lib. 4.

Christus à Iohanne Baptista in Ier-  
dane baptizatus est, Lucae 3.

31

16 LIVIA Augusti vxor, Tiberij  
mater obiit anno 15. post Augusti mor-  
tem, laudata in funere à C. Caligula  
pronepote.

Tiberius summa crudelitate grassari  
in domum Germanici coepit pag. 118.

Hoc biennio, Agrippina vxor Germa-  
nici et Nero filius, in Insulas relegati.  
Drusus in ima palatii parte custoditur.

Seianus prodita caede Drusi supplicio  
afficitur à Tiberio. N 4 19.



Anno  
Christi

INDEX HISTORIÆ

TIBERII Imp.

- 19 *Tetræ libidines Tiberij pag. 120.*  
*Multi Nobiles Seiani amici inter-*  
*ficiuntur.*  
*M. Terentius defendit amicitiam*  
*Seiani pag. 123.*  
*L. Piso pontifex 80. annorum pla-*  
*cidè obiit.*
- 35 20 *Drusilla Germanici filia L. Cas-*  
*sio: Iulia M. Vinicio nupta pag. 125.*  
*De Usuris pag. 126. NB.*  
*C. Caligula Claudiam M. Syllani*  
*filiam ducit pag. 127.*  
*Drusus Germanici filius fame ex-*  
*tingit pag. 128.*  
*Agrippina Germanici vxor mor-*  
*tua 18. Octobris.*  
*Cocceius Nerua vitam finit 129.*
- 36 21 *Phœnix conspectus.*  
*Mamercus Scaurus Poëta accusa-*
- 37 22 *Parthica (tur pag. 130.)*  
*Poppæus Sabinus moritur.*
- 38 23 *Parthica pag. 136.*  
*Tiberij mors 78. ætatis anno, die*  
*19. Martij pag. 139.*
- 39 1 *C. CALIGVLA Imp. successit.*  
*Caligula in Germaniam expeditio-*  
*nem suscipit. i. Clau-*



Anno  
Christi

CORNELII TACITI:

CLAVDII Imp.

43

1. Claudius frater Germanici, Imp.

44

2. Bellum in Britannia incoatum,  
quæ vnâ cum Insulis Orcadibus Imperio Romano subiecta est LIBER XI.  
Taciti.

50

8. Valerius Asiaticus per calumniam opprimitur.

Italus, Arminij Cheruscorum Ducis ex fratre Flavio nepos, in Germaniam mittitur pag. 145. 146.

Messalina vxor Claudij interficitur 150. 153.

51

9. Claudius Agrippinam, fratris Germanici filiam, Neronis matrem vxorem ducit pag. 155. 156.

Seneca, ab exilio reuocatus, praeficitur studijs Neronis.

C. Cassius Iuriscon. Syriae praefectus pag. 157.

Lollia Paulina relegata 160.

52

10. Domitius NERO adoptatur à Claudio 161. Colonia Agrippina, ab Agrippina Claudij vxore, quæ in oppidum Vbiorum vbi genita erat, veteranos Coloniãq; deduci impetrat (vt vim suam socijs quoq; nationibus ostentaret)

N 5

taret)



Anno  
Christi

INDEX HISTORIÆ

CLAVDII Imp.

taret) cui nomen inditum ex vocabulo ipsius, pag. 161, facie 2. Hic fuit Quadragesimus annus post cladem Variannam, ibidem.

Britanniæ rex Caractacus, à Romanis P. Ostorio duce capitur, anno 9. post initium belli Britannici pag. 164.

53 11. Agrippina Imperatoris filia, & soror, & coniunx, & mater fuit.

Fames sub Claudio cœpit pag. 167. cuius mentio fit Acto. 11.

Quadratus Syriæ præses 168.

54 12 Felix præses Iudææ, frater Pallantis liberti. p. 171. huius mētio fit Act. 24.

Venditius Cumanus præses Galilææ.

55 13 Nero 16. annos natus, Octaviã Claudij filiam, ducit: 172. Et orationem habet pro Iliensibus et Bononiensibus.

56 14. Claudius Imp. veneno necatur à propria vxore 175.

57 1 Nero Imp. lib. 13. Crebris orationibus, quas Seneca, testificãdo quàm honesta præciperet, voce principis vulgabat, clementiam suam obstringebat.

Remouet Pallantem libertum 190.

Britannicum fratrem veneno interfici curat 185. 2. La-



		CORNELII TACITI.
		NERONIS Imp.
58	2.	Lascinia Neronis 185.
60	4.	Artaxata Armeniæ Metropolis capta à Domitio Corbulone pag. 191. P. Swillius Sycophanta 192. Lex Cincia, aduersus eos, qui pre- cio causas orauissent. Sabina Poppæa, Neronis vxor, cui cuncta alia fuere, præter honestum ani- mum 193. Vectigalia cuncta remittere cogi- tat Nero 195. De Mosella & Arari fluminibus connectendis 195. Hermunduri & Catti seu Saxones de Salinis Saxonibus certant pag. 197.
		LIBER XIII.
61	5.	Incestus Neronis cum Agrippina matre 198. Et Agrippinæ exitus 201. Nero musicus, κισαγιστὴς, poëta, 203. 204. Domitius Afer Orator moritur 205.
62	6.	Ludi Olympici Romæ instituti 205 Cometa 206. Domitius Corbulo Dux Romanorū Armeniã occupat. Laodicea vicina Co- lossis tremore terræ collapsa est 208.
63	7.	70000. Rom. à Britannis cæsa pag. 209. Lon-



Anno  
Christi

INDEX HISTORIAE

NERONIS Imp.

Londinum copia negociatorum & com meatu maximè celebre 210. paulò post Britanni rursus à Suetonio Paulino caesi sunt.

64

8 A. Vitellius optimum quemq; iurgio laceffens, & respondenti reticens, vt pauida ingenia solent 215.

Burrus praefectus praetorio Neronis, amicus Senecæ, moritur 215.

Seneca calumnijs deformatur 216.

217.

Musonius philosophus 219. 246.

Nero pellit Octauiam, & ducit Poppæam 219. 220. Pallantis liberti exitus 221.

65

9. Bellum inter Vologesem Regem Parthorum & Domitium Corbulonem 221. 222.

Nata Poppææ filii 229.

Tyridates, Rex Armeniae, coram Neronis effigie constituitur 231.

66

10. Incendium Romæ sex dies durat 234.

Culpa in Christianos translata 236.

Domus Neronis noua 235.

67

11. Coniuratio aduersus Neronem

237.



Anno CORNELII TACITI.

Christi 237. 238. 239. Lucanus Poëta 237.

Laterani consulis cædes 242.

Senecæ Mors 243. 244.

67 11. Poppæa grauida, ictu calcis à marito irato percussa, moritur 249.

LIB. XVI.

Pestilentia ingens Romæ grassatur

251.

68. 12 Ostorius Scapula per calumniam opprimitur 252.

Nero virtutem ipsam excindere cupiuit, interfectis Barea Sorana & Thrasea Pæto 254. 255. 258.

Tyridati Armeniæ Regi diadema imposuit.

Sporum castratum in naturam muliebrem transfigurare conatur.

69 13. Certamina ludicra in Peloponneso celebrat.

Isthmum perfodere conatus est.

70 14. Iulius Vindex Galliæ præses et Galba ab eo deficiunt.

Senatus eum hostem iudicat.

Tandem Nero sibi ipse mortem consciscit.

71 GALBA Imp. ex Hispanijs accersitur, pag. 262. adoptat Pisonem 265.

qui



Anno  
Christi

CORNELI: TACITVS.

qui quatruiduo post interficitur 277.

Repetit donata alijs à Nerone 550.

Tonnas auri 267.

Otho Imp. 270. 262. trucidat  
Galbam 274. 276.

Au. Vitellius in Germania eligitur 278.

Titus & Vespasianus pag. 293.  
294. 295.

Vitellius in Italiam descendit 299.

Vicit Othonem praelio, 308. 309.

Othonis mors 311.

VESPASIANVS ad Imperium  
vocatur 319. 320. Calend. Iulij.

Primus Antonius, sermone prom-  
tus, serendæ in alios inuidiæ artifex, di-  
scordijs & seditionibus potens, raptor,  
largitor, acerrimam bello facem præ-  
lit 323.

LIB. XIX. Vitelliani à Vespasianis  
ducibus vincuntur: Filius in praelio pa-  
trem interficit 338. Cremonæ excidium  
341. Vitellij exitus fœdissimus 360.

72

VESPASIANVS Imp: toto lib.  
20. Heluidius priscus 363. Iudæ à Tita  
perdomatur lib. 21. Vbi de origine &  
Religione gentis Iudæicæ, & de Mose  
educen-



S V E T O N I V S .

educente Iudæos ex Ægypto, multa  
recitantur pag. 399. 400.

S V E T O N I V S , Tacito σὺγγρονιστῆς, fuit  
Magister Epistolarum Adriani Imp. ac simili  
orationis proprietate ac breuitate, & plus ner-  
uorum quàm corporis habente, V I T A S duo-  
decim primorum Cæsarum, vsq; ad mortem Do-  
mitiani, & annum Christi 97. descripsit: In  
quibus, primam illam historici legem, ne quid  
falsi scribere audeat, et ne quid veri non aude-  
at, accuratè sequitur: dum ἀόνη δύωρ τῆ  
ἀληθείᾳ, Principum omnium non virtutes mo-  
dò & rectè facta ad imitandum proponit, ve-  
rumetiam nœuos & scelera ac flagitia, poste-  
ritatis iudicio detestanda, exhibet. Est enim, vt  
Cornelius Tacitus ait, hoc præcipuum munus  
Annaliũ, ne virtutes fileantur, vtq; prauis di-  
ctis factisq; ex posteritate & infamia metus sit.

Suetonio vsitatè adiungi solent sequentiũ  
Imp. Neruæ, Traiani, & Adriani Vitæ, titulo  
Dionis Nicæi: Quæ ex Iohannis Xiphilini Epi-  
toma de verbo ad verbun transcriptæ sunt.

Adriani historiam Ælius S P A R T I A-  
N V S : & Antonini pij, Philosophi vitam, lectu  
dignissimam, Iulius C A P I T O L I N V S , qui  
Diocletiani & Constantini ætate vixit, com-  
posuerunt.

Sed



Sed omnium Imperatorum inde vsq; ab Augusto, continuam historiam contexit D I O N C A S S I V S, Niceæ in Bithynia natus, qui 981. annorum Historiam, ab vrbe Roma condita, vsq; ad annum à nato Christi 231. quo ipse Dion cum Imperatore Alexandro Seuero Consul fuit, deductam, libris 80. complexus est. Quorum etiamsi vix quarta pars hoc tempore extat, tamen continua series Historiæ & Imp. omnium à consulatu Hortensij anno vrbis 685. & præcipuè ab Augusto Cæsare vsq; ad Alexandrum Seuerum Impera. & Orientis imperium, ab Artaxerxe Persa victore Artabani Parthorum regis, recuperatum: ex Epitoma Iohannis Xiphilini Patriarchæ Constantinopolitani, qui ipse in vita Augusti narrat, se tempore Michaëlis Ducæ Impe. circa annum Christi 1080. Bizantijs vixisse, cognosci potest. Idem autor Gotthorum historiam scripsit, quæ à Iornande sæpissimè citatur.

Marci Antonini & sequentium Imp. Vitæ à Dione elaboratæ, nondum, quod sciam, integrè typis expressæ sunt. Sed insignis illa & dulcissima bonitatis & candoris Antonini descriptio, in Suida, & in Xiphilimo recitatur, ὁμοίῳ δὲ διὰ παντῶν ἐγγύετο, καὶ οὐδενὶ ἠλλιώθη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ



ROMANÆ HISTORIÆ

ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσωικτὸν εἶχε. πάντα πολλαὶ μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, hoc est, Similis sibi ipse semper fuit, nec mutatus est vlla in re vniquam. Erat enim verè bonus, & nihil astutè simulatum vel ascitum habebat. Plurimum verò etiam à doctrina adiuuabatur. Et de Seuero Imp. ἐπιμελής τῶν πρακτέων, ἀμελής τῶν πρὸ αὐτοῦ λογοποιεμένων. Intentus erat in ea, quæ erant agenda, vulgi de se fabellas negligebat.

Plurimis autem insignibus & utiliss. virtutum exemplis conferta, et lucè dignissima est Alexandri Seueri Imp. Vita, quam à Dione vix incoatam, *ÆLIUS LAMPRIDIVS* (quæ Constantini Imp. tēpore vixit) luculentissimè explicauit. Obijt autē Alexāder Seuerus, An. 237.

*HERODIANVS* Historiam sui temporis à morte M. Antonini Philosophi seu anno Christi 181. vsq̄, ad Gordianos in Africa interfectos, anno Christi 241. contexuit, Quem dulcissima & purissima oratione Latina, politissimè reddidit *Angelus Politianus*.

Gordiani III. Imperium *Iulius CAPITOLINVS* descripsit: Et successorum illius, *Philippi Arabis*, & *Decij*, ac sequentium Imp. vsq̄, ad finem Stirpis *Heraclij* & annū Christi 700. *Vitas*, breui compendio exposuit *TOMPONI-*



ROMANÆ HISTORIÆ

VS LÆTVS recens Scriptor, Nam Angebo Politiano & Sabellino  $\sigma\upsilon\gamma\gamma\omicron\nu\theta$  fuit.

Et IOHANNES ZONARAS Byzantinus, inde ab Augusto ad sua vsq; tempora, & annum Christi 1120. Orientalium præcipuè Impe. res gestas, Tomo II. et III. Annalium, lucidissimè complexus est, Ex quo Cuspinianus & alij recentes rerum illarum descriptores pleraz; assunt. Zonaram Nicetas, Nicetã Chalcondylas secutus est.

Sed nunc veteres rerum Romanarum Scriptores, iuxta temporum seriem pextexemus.

TREBELLIVS POLLIO (qui Constantini ætate circa annum Christi 300. vixit) in ijs, quæ extant, Scriptis, exorsus ab anno Christi 256. infelix Imperium Valeriani & Galieni, et triginta Tyrannorum lanienas inter sese mutuas, et D. Claudij, qui Gotthos, in Græciam infusos, feliciter oppressit, vitam profecutus est.

ELAVIVS VOPISCVS, natione Siculus, D. Aureliani Imp. vitam, multis insignibus exemplis, & dictis ornatam, & Taciti, ac Probi, ac Cari historiam, vsq; ad Diocletiani initia, & annum Christi 288. descripsit. Vixit autem Vopiscus ijsdem temporibus cum Capitolino & Lampridio, sed tamen utroq; iunior fuit. Aliquoties Aui sui mentionem facit, qui Diocletiano Imp. familiaris fuerit, Dio



S C R I P T O R E S.


Diocletiani & collegarum ipsius, & deinceps Constantini Magni, Constantij & sequentium Imperatorum Vitas, et res gestas erga Ecclesiam præcipuè gestas exposuerunt, EVSEBIVS, SOZOMENVS, THEODORETVS, Socrates, Zonaras, Nicephorus, &c. de quibus aliàs dicam.

EVTROPIVS, qui tempore Valentis Imp. floruit, Epitomen Historiæ Romanæ, decem libris, vsq; ad Iouiniani mortem, & annum Christi 368. deduxit.

AMMIANVS MARCELLINVS natione Græcus, sub Iuliano Imp. in Gallia & Germania multos annos militauit, & ab anno Christi 98. vsq; ad 382. historiam Romanorū libris 31. deduxit. Sed à lib. 14. vsq; ad 31. quæ soli extant, partem Imperij Constantij & res gestas Iuliani, Iouiniani, Valentini, & Valentis prolixè & splendide explicauit, vsq; ad annum Christi 382. Cumq; bella Iuliani in Gallijs & Germanijs gesta, ipse ἄντ' ὀπίσσω, seu oculatus testis recitet, propter patriæ etiam nostræ, & rerum Germanicarum cognitionem, gratior nobis Marcellini lectio esse debet. Cui vt lucis aliquid accedat, hanc breuem Genealogiæ partem adiungo.



C H R O N O L O G I A  
Constantius Chlorus Imp.



THEODOSII & filiorum ipsius, Arcadij et Honorij vita, in Scriptoribus historiae Ecclesiasticae, SOZOMENO & SOCRATE maxima sui parte, descripta continetur.

Cum autem in Honorij Imp. tempora inciderit Dilaceratio Imp. Romani, per Gotthos & Vandalos facta, legent studiosi de rebus Gothicis Iornandem potissimum, qui cum natione Gotthus esset, ex ultima vetustate, originem & migrationes & familias Regum, ac bella praecipua gentis Gotthicae, usq; ac suam aetatem, seu annum Christi 550. deduxit.

PROCOPIUS in vrbe Palaestinae Caesarea natus, & apud Belisarium summum ducem Iustiniani Imperatoris, Cancellarius, & omnium illius



illius bellorum comes, & consiliorum socius fuit. Is bella cum Persis, Vandalis, Gotthis, Iustiniani auspicijs, à Belisario gesta, quibus ipse interfuit, Septem libris exposuit: Quibus, ut lucis aliquid accedat in breui Tabella, seriem rerum, à Procopio descriptarum proponam.

- Anno Christi  
 412     *Arcadius Imp. moriens Tutorem filio Theodosio adiungit Isdigertum Persarum regem, lib. 1. de bello Persico. Ab eo tempore Procopius continuam Persicarum rerum seriem vsq; ad Iustiniani tempora pertexit.*
- 414     *Gotthi, Alarico duce, Romam capiunt.*
- 433     *Vandali, à Bonifacio accersiti, duce Genserico sedes in Africa ponunt.*
- 436     *Gensericus Carthaginem cepit.*
- 455     *Attila Hunnorum Rex ab Aëtio ad Tolosam victus est.*
- 459     *Roma à Genserico Vandalorum Rege capta.*
- 475     *Gensericus moritur: Huius Successores vsque ad Gilimerum recitat Procopius lib. 3. pag. 317. 318.*
- 494     THEODORICVS Veronensis  
*Gotthorum Rex, in Italia, Odoacrum*  
 O 3 Rugi-



Anno  
Christi

CRONOLOGIA.

Rugium vincit, & Regnum Italiae 33.  
annos obtinet.

Moritur anno Christi 527. Succe-  
dit Amalofuenta filia, cum Adalrico  
nepote, quæ se & filium Iustiniano  
Imp. commendavit.

528 1 IUSTINIANI Imp.

Belisarium & Hermogenem duces  
in Armeniam aduersus Persas mittit.

530 3 CODEx constitutionum Iuris  
seu Rescriptorum Principalium à Iu-  
stiniano editus 16. Cal. Maij, qui hodie  
non amplius extat.

531 4 Iustinianus mandat Triboniano,  
vt omne IUS Romanum, ex veterum  
prudentum libris, iuxta ordinem Edicti  
perpetui, à Saluio Iuliano olim collecti  
in vnum corpus digerat.

532 5 Belisarius à Persis ad Euphratem  
victus est, post prælium Indutiæ factæ  
sunt.

533 6 Cabades Persarum Rex moritur.

534 7 BELLUM VANDALICVM  
in Africa per Belisarium confectum,  
& GILIMER captus est.

Cosroës Persarū Rex, cum Iustiniano  
Imperatore pacem 110. annorū sancit.

Pan-



Anno  
Christi

T R O C O P I I.

IUSTINIANI Caesaris.

PANDECTÆ Juris Ciuilis Romanorum editæ 17. Cal. Ianuarij, quæ est 16. Decemb.

535 8 INSTITVTIONES Juris ciuilis editæ & confirmatæ 11. Cal. Decemb. quæ est 21. Nouembris.

CODEX ex repetita prælectione absolutus.

536 9 BELLVM GOTTHICVM cœpit, quod 18. annos durauit.

Belisarius Siciliam à Gotthis occupatam recipit: Constantinus Dalmatiam & Liburniam Gotthis eripuit.

537 10 Neapolis à Belisario capta.

Vitiges Gotthorum Rex à Francis auxilia petit. Ea occasione de Francorum origine, Regibus, ac rebus gestis, multa intexit.

538 11 Romã anno 60. postquam ab Odoacro capta erat, Belisarius recipit.

Hanc Vitiges rursus obsidet integrum annum.

539 12 Herulorum auxilia Belisario ab Imperatore mittuntur. Fames horrenda per totam Italiam grassatur.

540 13 Belisarius Rauennam obsessam oc-

cupat



Anno  
Christi

CHRONOLOGIA

IUSTINIANI Caesaris.

cupat, & Vitigem Gotthorum Regem capit. Gotthos trans Padum pellit. Et Constantinopoli triumphat.

541 14 Cosroës Persarum Rex rupta pace bellum instaurat & Antiochiam occupat.

Bilifarij Triumphus de Gotthis et expeditio in Persas.

542 15 Totilas rex Gottorum vincit Romanos ad Fauentiam, & Neapolim recipit.

544 17 Totilas urbem Romam obsidet.

545 18 Belisarius ad bellum Gothicum in Italiam remissus.

546 19 Totilas urbem Romam capit, et Pelagij præbyteri intercessione adductus multitudini clementer parcat.

547 20 Belisarius urbem vacuam & dirutam recipit.

548 21 Iustinianus auxilia in Calabriam mittit: Ad quæ præfectus Belisarius ex vrbe Roma præsidio munita discedit.

549 22 Theodora Iustiniani coniunx mortua.

Belisarius Constantinopolim reuocatur.

Lon-



Anno  
Christi

PROCOPII.

IUSTINIANI Imp.

Longobardi, Heruli & Gepedes  
ad Danubium inter se belligerantur.

550 23 Totilas urbem Romam secun-  
dò capit, & Siciliam occupat.

551 24 Belisarius Orienti præfectus.

552 25 Gotthica classis Corcyram &  
Epiri littora vastat, Tandem ad An-  
conam vincitur.

Narses bello Gotthico ab Imp.  
præfectus, ex Longobardis et alijs gen-  
tibus Milites conscribit, & ingenti  
prælio Totilam & Gotthos profligat,  
& urbem Romam recipit.

SYNODVS V. vniuersalis Con-  
stantinopoli celebrata.

553 26. Victo Teia in Campania, finis  
bello Gotthico impositus est.

AGATHIAS Smyrnæus, Procopij histo-  
riam pertexuit, & ab anno Iustiniani 27. qui  
fuit à nato Christo 554. vsq; ad finem Imperij  
Iustiniani, et annum Christi 566. bella cum re-  
liquijs Gotthorum & Francis eorũ socijs, Nar-  
sete duce feliciter confecta: Item cum Persis in  
Lazorum regione seu Colchide gesta, recitat.  
Qua occasione lib. 4. integram & dignam ob-

05 serua-



ROMANI SCRIPT.

seruatu seriem Regum Persicorum, ab Artaxerxe, qui anno Christi 230. Parthis Imperium eripuit, vsq; ad Iustiniani Imperatoris tempora, & annum Christi 530. intexuit. In fine Hunnorum irruptiones in Thraciam & Graciam recenset: Quos Belisarius senex feliciter repressit.

PAVLVS Diaconus Aquileiensis, Desiderij, Longobardorum Regis Cancellarius: et vnâ cum suo rege à Carolo Magno captus: integram Longobardorum Historiam contexuit, vsq; ad annum Christi 773. quo Carolus Magnus, ultimo Rege Desiderio capto, in suam potestatem, Regnum Longobardorum redegit: Quod in Italia, inde vsq; ad Alboinum, qui anno Christi 568. relicta Pannonia Galliam Cisalpinam occupauit, durauerat annos 205.

Integram verò & continuam seriem rerum post inclinationem Imperij Romani per Gothos, Vandalos & Longobardos factam, ab anno Christi 407. vsq; ad 1400, BLONDVS Foroliuiensis in Decadibus suis complexus est: Qui vnus multorum loco non inutiliter deinceps legi potest.

DE GERMANICARVM RERVM Ecclesiasticis Scriptoribus, aliâs fortasse dicam prolixius. Nunc Nomina & Argumenta singulo-



gulorum, et tempora, quibus vixerunt, breuiter annotabo.

Prima et antiquissima Germanorum mentio extat in historia vrbis Romæ à Gallis captæ (lib. 5. Liuij) anno vrbis 365. anno ante Christi natalem 385. Et vetustas vno nomine *CELTAS* nominauit gentes Germanicas & Gallicas, in vtraq; Rheni ripa, vsq; ad Oceanum occidentalem habitantes.

Deinde celebris Gallorum et Germanorum expeditio in Italiam fuit annis 160. post captam Romam suscepta, ducibus Ariouisto seu Ebruesto, & Freidomaro, quem M. Marcellus Consul anno vrbis 532 qui fuit annus quartus, ante initium secundi Belli Punici, deuicit. Historiã huius expeditionis Celtarum prolixè describit Polybius lib. 2. pag. 43. 44. & deinceps.

Postea in Marij Historia, Teutones à Gallis discernuntur: et quidẽ expressè scribitur, Cimbro & Teutonas esse gentes Germanicas, ad Borealem Oceanum pertinentes: & insigne Cimbrorum fuisse Taurum: Quem hodierna die Illustrissimi principes Magapolenses, à veteribus Cimbris maioribus suis acceptum, in clipeis gentilitijs vsurpant. Non enim dubium est, veteres Cimbro, has regiones ad littus maris Baltici, & Cimbricã Chersonesum tenuisse.

Magis



GERMANICARVM RE-

Magis autem illustratum est Germanorum nomen, IULII Cæsaris scriptis: Qui & limitem veteris Germaniæ ostendit, flumen Rhenum: et non modò bellicam fortitudinẽ maiorum nostrorum, sed etiam iusticiam, ac modestiam, & mores domesticos, continentia, et cæterarum virtutum plenos, laudibus eximijs ornat. Et quidem hanc Arctoam Germaniæ oram, quæ nunc Saxonia & Westphalia appellatur, propriè Germaniam eo tempore dictam esse ostendit. Habuit et copias militum Germanicorũ Cæsar, nõ modò in bellis Gallicis posterioribus, verùm etiam in prælio Pharsalico & cæteris, vt ex Appiano Alexandrino perspicuè apparet.

Deinde Situm ac mores & populos omnes Germaniæ veteris, peculiari libello Cornelius Tacitus descripsit: Cui res Germanicas probè notas fuisse, inde etiam consentaneum est, quòd Belgicæ Galliæ, quam nunc Brabantia & Flandriam nominamus, sub Adriano Imp. rationes procuravit. Crebrò etiam in Annalibus, rerum Germanicarum, ac præcipuè expeditionum Cæsaris Germanici ad Visurgin & Amasin fl. & Harminij Cheruscorum Ducis à Germanico victi, meminit. Sed prælium Harminij, quo Quintilius Varus, anno nati Christi 11. ad interfectionem cecidit, nullus eorum, qui extant, autorum,



RVM SCRIPTORES.

rum, copiosius descripsit, quàm VELLEIVS  
PATERCVLVVS lib. 2.

Plinium superiorem, in viginti libris, quibus  
omnia cum Germanis Romanorum bella expo-  
suit: non dubium est, et illam Harminij histori-  
am, & plurima insignia virtutum exempla, à  
maioribus nostris edita, luculentè explicasse.  
Sed hæc vnà cum libris interierunt.

Ammiani Marcellini temporibus, circa  
annū Christi 350. Germanicæ appellationem iam  
in Gallicam quoq; Rheni ripam fuisse transla-  
tam apparet: Qui Germaniam primam, ab Au-  
gusta Rauracorum seu Alpibus Helueticis, vsq;  
ad Treuiros seu Mosellam fluvium pertinentē,  
distinguit à Germania secundā inferiore,  
cuius metropolis fuit Colonia Agrippina. Cum-  
que in ipsa Germania sub Co-  
no Imp. militauerit Marcel-  
Francis, Alemannis, & alijs  
cis, & vera et cognitu utilissi-

Regni Francorum et Germ  
lia, quod circa annum Christi 420  
dus, incoavit: & præcipuè filiora  
primi Regis Christiani, videlicet L.  
Lotharij, Clodomiri & Theodorici au-  
baldi, mentionem facit Procopius lib. 1.

Agathias lib. 1. & 2. qui Iustiniani Cæ-  
sare etate vixerunt.

S.



GERMANICARVM RE-

Sed de origine & migrationibus & regno nobilissima gentis Francica diligentissime scripsit Beatus Rhenanus Selestadiensis lib. 1. Rerum Germanicarum, qui circa annum Christi 1520. in patria floruit.

Extant autem et alij aliquot rerum Germanicarum Scriptores, in ipsa Germania nati. Quos eo ordine, quo scripserunt, breuiter recensebo.

EGINHARDVS, Caroli Magni, qui primus ex Francica stirpe Imperator Romanorum factus est, cuius etiam familiaris & Consiliarius fuit, vitam & res gestas vno volumine complexus est. Ex quo Abbas Vrspergensis & sequentes eam descripserunt.

REGINO, Abbas Prumiensis in Lotharingia  
a n  
(  
uos, seu Chronologiam potius,  
q̄ ad Otthonem I. & annum  
duxit.

TPRANDVS Ticinensis sup-  
tur, vsq̄ ad Lotharij & Conradi  
a. Verum Luitprandi sex libros de  
etate in Europa gestis, haectenus vide-  
ion licuit. Nec Reginoni Moguntiae ex-  
anno 1521. nec alyis editionibus, quod  
am, adiuncti sunt.

VUITIKINDVS Cœnobij Corbeiensis  
Monachus, gentis Saxonicae historiam, & præ-  
cipue



R V M S C R I P T O R E S.

*cipuè Hinrici Aucupis & Ottonis I. res præclarè gestas descripsit, vsq; ad annum Christi 974.*

*L A M B E R T V S Schaffnaburgensis Monachus Cœnobij Hirsueldensis, vsq; ad annum 20. Hinrici IIII. Imp. qui est à nato Christo 1077. peruenit.*

*S I G E B E R T V S Monachus Gemblacensis, ab orbe condito ad sua vsq; tempora, quibus Hinricus V. imperare cœperat, Chronica sua perduxit: ac de Francicis præcipuè & Imp. Germanicorū rebus gestis multa collegit, Quas Robertus Abbas Montis vsq; ad Lotharij & Conradi IIII. tempora supplēuit.*

*O T T O filius S. Leopoldi, Frater Henrici Ducis Austriae, Episcopus Frisingensis, Chronicon lectu non indignum, ab origine mundi, vsq; ad Conradi IIII. Imp. exitum & annum Christi 1150. libris septem complexus est. Nam octauus liber, non historiam Imp. sed dissertationem de Antichristo, de Resurrectione mortuorum, de extremo iudicio, & fine Mundi continet.*

*In duobus libris, quorum titulus est, De gestis FridERICI ENOBARBI Cæsaris Augusti, orditur Historiam ab Hinrici IIII. proauis Frid. Enob. anno 24. qui fuit à nato Christo 1080.*

*Ac*



GERMANICARVM RE-

Ac priore libro Hinrici IIII, Lotharij, & Conradi III. historiam delibat. Posteriore demum, res à Friderico Barbarossa, primo Imperij quinquennio gestas recitat. Quas RADEVVICVS Frisingensis Ecclesiæ Canonicus, vsq; ad annum Christi 1160. duobus alijs lib. perduxit.

Hinricus IIII. Imp.

LEOPOLDVS	—	AGNES	—	Fridericus
IIII. Sanctus,		utriq; nu-		à Stauffen,
Marchio Austri-		pta.		dux Sueniæ.
æ, obiit 1136. die				
15. Nouembris.		Conradus		Frideri-
		III. Imp.		cus.
Hinricus	Leopoldus	Otho Epi-	Fridericus	
I. Dux	Dux Baua-	scopus Fri-	Barbaros-	
Austriæ.	riæ à Con-	singensis	sa Imp.	
	rado Imp.	scriptor		
	factus.	historiæ.		

HELMOLDVS Canonicus Butzouien-  
sis, historiam conuersæ ad veram Christi reli-  
gionē gentis Henetæ seu Slauicæ, ad littus ma-  
ris Baltici circa Lubecam et in ditione Ducum  
Megapolensium, recitat: & à Caroli Magni  
bellis



bellis, quibus in Saxoniã Christi religio propa-  
gata est, vsq; ad Friderici Barbarossæ tempo-  
ra, & annum Christi 1168. peruenit, quo Ko-  
stochium, octennio antè à Pribislaò Henetorum  
Domino ædificari cœptum, Urbis priuilegia  
primùm accepit.

SAXO GRAMMATICVS Rotscil-  
densis Ecclesiæ præpositus, Danicæ gentis histo-  
riam, ex vltima vetustate ad sua vsq; tempora  
& Regem Canutum VI. ac VValdemarum  
fratrem, S. Canuti nepotes, ferè vsq; ad annum  
Christi 1200. deduxit.

ABBAS VRSPERGENSIS inter om-  
nes Germanicos scriptores veteres, lectu vti-  
lissimus est. Nemo enim vnus de rebus Germa-  
nicis plura complexus est. Nec quisquam dili-  
gentius & accuratius omnium rerum gestarum  
tempora annotauit: Quæ ab anno post diluui-  
um 200. exorsus, continua serie vsq; ad Fride-  
rici I I. Imperatoris annum 20. qui est à nato  
Christo annus 1230. contexuit. Est autem Vr-  
sperga, Monasterium Sueuiæ, paucis miliaribus  
ab Augusta Vindellicorum distans versus oc-  
casum.

Addita sunt autem Chronico Vrspergensi,  
Paralipomena rerum, quæ annis 300. postea, in  
Germania & reliquo ferè orbe Christiano, vsq;

P

ad no-



GERMANICARVM RE-

ad nostram ætatem, memorabiles acciderunt, cognitu dignissima: Cum quibus permulta, in primis editionibus Chronici Carionis, ad verbum congruunt.

M. ALBERTVS ARGENTINENSIS, in ea parte Chronici, quã Cuspinianus Austriae suae adiunxit, à Rodolpho Habspurgense Romanorum Imperatoris & anno Christi 1273. exorsus, sequentium Imp. Adolphi Nassauensis, Alberti Austriaci, Henrici Lucelburgensis, Ludouici Bauari, & Friderici Austriaci bella, vsq; ad initia Caroli V I. Imp. & annuna Christi 1350. commemorat.

IOHANNES CVSPINIANS, Imperatoris Maximiliani Consiliarius, Consules Romanos ab initio eius Magistratus seu anno 505. ante natum Christum, vsq; ad 32. annum Iustitiani Imp. qui fuit à Christo 560. contexuit.

Sed Imperatores Romanos & Germanicos, vsq; ad initium Maximiliani Imp. seu annum Christi 1494. deduxit.

Ab eo anno Historiam præcipuorum in toto ferè orbe habitato Regnorũ, splendidissimè & ornatissimè scriptam, orditur TAVLVS IOVIVS Neocomensis: eamq; continua 50. annorum serie, ad annum Christi 1546. pertexit.

IOHANNES NAVCLERVS non pro-  
cul



cul à Tubinga in agro *Virtebergensi* natus, et  
*Ecclesiae Tubingensis* præpositus, integrum *Chro-*  
*nicum* ab initio mundi, usq; ad sua tempora, et  
 annum Christi 1500. duobus voluminibus  
 comprehendit: et in *Germanicis* præcipue re-  
 bus, multa, quæ ab alijs *Scriptoribus* non expo-  
 nuntur, annotavit. Nec scio an usquã alibi ex-  
 tet pulcerrimũ *Germanici* candoris, fidei, pieta-  
 tis, et clementiæ exemplum, quod in secundo vo-  
 lumine *Naucerus* recitat, de *Conrado III.*  
*Imp.* Qui *Guelfum* *Bavariæ* ducem, in oppido  
*Wmsberga* obsessum, armis et fame deditio-  
 nem facere coëgit. Cum autem coniugi *Guelpi*  
 et cæteris nobilium matronis petentibus con-  
 cessisset *Imp.* ut inuiolata discederent cum re-  
 bus, quas suis humeris gestare possent: *Guelpi*  
 uxor et cæteræ matronæ nobiles, suos maritos,  
 et liberos humeris impositos, et ex sinu penden-  
 tes asportant. Qua pietate et fide coniugum,  
 etsi vafre *Imperatoris* concessio eludi videba-  
 tur, tamen tantopere delectatus est *Imp. Con-*  
*radus*, ut vitam et pœnam *Guelpo* hosti capto  
 condonarit, et pacem ac amicitiam cum eo fe-  
 cerit.

*ALBERTVS CRANTIVS*, gentis  
*Saxonicae* et *Vandalicae*, et regionum borea-  
 lium, *Daniæ*, *Sueciæ* seu *Gotthiæ*, et *Norici*,



REGNI GALLIÆ

historiam facundè descripsit, vsque ad annum Christi 1504.

Antonij Sabellici Enneadas, anno Christi 1504. desinentes, CASPAR HEDIO Argentimensis Ecclesiæ Doctor, Historica Synopsi pertexuit, vsq; ad annum Christi 1538.

IOHANNES SLEDANVS, Lutheri historiam præcipuè, & certamina ex dissidio religionis in Imperio Germanico orta, & historiam electionis & rerum à Carolo V. Imp. & alijs Europæ Regibus gestarum, fideliter & luculentè descripsit ab anno Christi 1517. vsque ad 1556.

REGNI GALLICI, quod nunc FRANCIA tenent scriptores præcipui, exceptis ijs, quorum antea feci mentionem, sunt, GREGORIUS TVRONENSIS Episcopus, qui libro 1. Historiarum ab initio Mundi vsq; ad Theodosium Imp. decurrit. Reliquis nouem libris res gestas regum Francicorū, & Sanctorum, qui in Gallia extiterunt, vsq; ad Gregorij Pontificis tempora, & annum Christi 600. exponit.

ANNONIVS Monachus ad S. Germanum Parisijs, ab initio regni Francorum in Gallia circiter annum Christi 420. exorsus, singulorum Regum successiones & res gestas diligenter & copiosè ac optima fide libris 4. exposuit,  
vsq;



HISTORICI.

vsq; ad Ludouici pij annum duodecimum, qui est à nato Christo 826.

Annonij historiam alij deinceps ad S. Germanum Monachi, vsq; ad natalem Philippi Augusti, qui fuit annus à nato Christo 1165. pertexuerunt.

ADON Episcopus Viennæ Gallicæ, abbreviatum Chronicum totius historiæ mundi & Regum Francicorum, vsq; ad annũ Christi 980. reliquit, non admodum magni momenti.

ROBERTVS GAGVINVS compendium suum vsq; ad Caroli VIII. expeditionem in Italiam, anno Christi 1494. susceptam deducit.

Sed omnibus cæteris Gallicarum rerum scriptoribus, grauitate, iudicio, & eloquentia antecellit TAVLVVS ÆMYLIVS Veronensis, qui à Faramundo primo Francorum Rege, in Gallijs, circa annum Christi 420. vsq; ad initia Caroli VIII. & annum Christi 1488. perspicua & eleganti oratione Latina, res Francicas contexuit. Itaq; vnus multorum loco vtiliter legi potest.

Post Æmylium TAVLVVS IOVIVS non modò regum Francicorum Caroli VIII. Ludouici XII. & Francisci, verumetiam omnium ferè cæterorum totius mundi Regum bel-



REGNI GALLIAE.

la & res suo tempore gestas ornatissimè descripsit. Ac initio Historiæ, Caroli 8. expeditionem in Italiam & Regnum Neapolitanum anno Christi 1494. susceptam, prolixè & splendè commemorat, & omni dicendi artificio exornat.

Eiusdem expeditionis Historiam libris 5. & præterea Ludouici XI. & Caroli Burgundi res gestas, libris 8. Philippus Cōmineus Eques Gallicus summa fide & prudentia ac simplicitate exposuit. Quorum librorum lectio, omnibus, qui in Republica & Principum ac Regum consilijs & negotijs hoc tempore versantur, cognitu vtilissima est.

GALEATIUS CAPELLA bellum in Franciscum Regem Galliæ & Caroli Imp. duces, de ditione Mediolani, gestum ab anno Christi 1520. vsq; ad 1530. complexus est.

FROSSARDVS celebris scriptor Gallicus, atrocissima bella inter Anglos & Gallos, ab anno Christi 1335. vsq; ad 1400. gesta, copiosè persecutus est. Hæc ex Frossardo collecta breuiter & dilucidè peculiari libro narrauit Iohannes Sleidanus.

Adfert autem initio Historiæ FROSSARDI lucem aliquam hæc pars Genealogiæ Regum Gallicorum.

S. Lu-



HISTORICI.

8. LUDOVICVS IX. REX GAL-  
LIAE, obiit anno Christi 1270.

PHILIPPVS rex Galliae.

Philippus  
pulcer Rex  
Galliae.

Carolus  
Valesius.

Philippus

Ludo-Phi-Carolus, Filia—Eduar-Rex Galliae

nicus. lip-Hoc mor nup | dus 11. praelatus Ed-

pus. tuo, Ed- ta | rex An- uardo An-

uardus An- | gliae | glo.

111. nepos glo. |

ex sorore, EDVARDVS Iohannes

& Philippus Vale- 111. Rex angliae captus ab

sius patruelis de suc- caepit regnare Anglis.

cessione in regno Gal anno 1326.

liae contendunt. In-

de bellum Angli- CAROLVS Philippus

cum exarsit. V. Rex Galliae, Dux Bur-

recuperat ditio- gundiae.

nes & vrbes ab

Anglis ademptas. Iohannes.

Ludonicus Dux | Carolus VI. | Philippus

α β γ

P 4 Au



HISTORIÆ

α	β	γ
(Aurelia.	Carolus VII.	Carolus
Johannes. Carolus	Ludovicus	Burgūndus.
Carolus. Ludoui-	XI.	Maria nu-
cus succes-	Carolus 8.	pta Ma: Cæ-
sit Caro-	anno 1494.	sari.
lo 8.	Neapolim	Philippus.
Franci-	occupat.	CAROLVS
scus rex Gallia.		V. Imp.

Regum HISPANIÆ originem & successiones, à Thubal filio Iaphet, vsq; ad Carolum V. Imp. contexuit FRANCISCVS TARAPHA Barcinonensis.

Vngariæ Regum historiam, vsq; ad Matthiam Hunniadem, tribus Decadibus, eloquentissimè explicauit Antonius Bonfinius.

Anglicam Historiam Beda & Polydorus Virgilius: Scoticam, Hector Boëtius: Sueticam Iohannes Magni & Crantius descripserunt.

Omniū verò principum Romanorum, qui inde vsq; ab Augusto, vel Romæ, vel Constantinopoli, vel in Germania sedem imperij tenuerunt: & omniū ferè Regum in Europa, & Italia Ducum illustrium familias seu Genealogias, accuratè & copiosè descriptas, & singulorum rebus gestis & temporum annotatione dili-



ECCLESIASTICÆ.

diligenti insignitas, collegit ONVPHRIVS  
PANVINIVS Veronensis, Quas singuli Ro-  
manorum Cæsarum & rerum in tota Europa  
gestarum historiam cognoscere cupientes, ma-  
gno cum fructu & suauitate, lectioni historia-  
rum adiungent.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ  
Scriptores primi & præcipui sunt, PROPHE-  
TÆ & APOSTOLI, in quorum lectione te-  
stimonia patefactionis diuinæ, & doctrinam  
Legis & Euangelij de Christo & de omnibus  
fidei Christianæ Articulis, & mirandam Eccle-  
siæ collectionem, gubernationem & defensio-  
nem, et exempla iræ Dei, & virtutum Deo pla-  
centium, obseruari debere, suprâ monuimus.

Cùm autem in Historijs Imperiorum præ-  
cipua esse Ecclesiæ consideratio debeat, quæ &  
vbi singulis temporibus fuerit, quam sonuerit  
doctrinæ vocem, de quibus doctrinæ partibus  
præcipuè extiterint certamina, quomodo veri-  
tas defensa et illustrata sit, quos præcipuos Do-  
ctores & testes veræ sententiæ habuerit &c.  
Hortor auditores, vt lectione insequentium Hi-  
storicorum hos locos in conspectu habeant &  
requirant.

PROPHETÆ & APOSTOLI Hi-  
storiam Ecclesiæ à primo initio conditæ &



HISTORIÆ

electæ Ecclesiæ vsq; ad annum Mundi 4020. deduxerunt. Qui fuit à nato Christo quinquagesimus octauus: Quo anno Romæ, Ecclesiam Deo colligere cæpit Paulus Apostolus.

Etsi autem post Apostolorum tempora, pleriq; Scriptores doctrinæ Euangelij, quæ præcipuum & proprium Ecclesiæ patrimonium & nota est, raram admodum mentionem faciunt, & in descriptionibus Personarum & persecutionum ac miraculorum solummodo immorantur: tamen aliqui etiam, Doctrinæ controuersias, & veræ sententiæ propugnationem, & Errorum refutationes, literis mandârunt. Inter quos Epiphanius Salamino Cypri Episcopus præcipuè eminet: Ex quo continua series historiæ & certamina Ecclesiæ à temporibus Apostolorum vsq; ad ipsius tempora coagmentari potest: si quis singula membra prudenter & aptè inter se conferat & coniungat. Sed antiquiores Epiphanio Scriptores sunt.

IOSEPHVS, qui Historiam Ecclesiæ Iudaicæ ab initio Mundi vsq; ad postremum Ierosolymæ excidium, & annum Mundi 4035. contexuit.

EGESIPPVS ad finem Christi ex Iudæis conuersus, Scriptor eloquens & grauis, Adriani Imp. ætate floruit. Et historiam bellorū Iudaico-



ECCLESIASTICA.

laicorum, à tempore Maccabeorum, vsque ad Christi natalem, & Herodis mortem (libro primo) & inde vsq; ad Vespasiani in Iudæam expeditionem, & annum Christi 69. (libro secundo) & deinceps vsq; ad Iudæam urbem Ierosolymam, per Vespasianum & Titum, anno Christi 72. funditus euersam, (lib. 3. 4. & 5. posteritatis memoria consecrauit.

EUSEBIUS historiam Ecclesiasticam, à nato Christo, vsq; ad Constantini Magni tempora, & annum Christi 325. contexuit.

TRIPARTITA ex tribus Scriptoribus Theodoretò, Sozomeno, Socrate coagmentata est, à Cassiodoro, Theodorici Veronësis Cancellario, & deducta vsq; ad annum Christi 444.

Hortor autem Studiosos, vt non modò fragmenta illa à Cassiodoro consuta, sed Scriptores integros, qui Græcè & Latine expressi extant, diligenter legant.

SOCRATES Constantinopolitanus, ab initio Imperij Constantini Magni, vsq; ad 17. consulatum Theodosij iunioris, qui est à nato Christo 444. peruenit libris 7.

THEODORETUS Cyrensis Episcopus, à fine Eusebij & initio sectæ Arianae exorsus, vsq; ad annum Christi 426. progreditur, libris 5.

Hermius SOZOMENUS Salaminius, ab  
ijsdem



HISTORIÆ

ijisdem ferè temporibus, circa annũ Christi 316. incipiens, vsq; ad finem Honorij Imperatoris et annum à nato Christo 426 accessit, libris 9.

EVAGRIVS, de Historia Ecclesiæ & Imperij Romani, sex libros composuit, exorsus à Synodo Ephesina, quæ Nestorium anno Christi 435. damnauit, vsq; ad annum 12. Mauricij Imp. qui est à nato Christo 595.

NICEPHORVS, in libris 18. qui soli extant, Historiam Ecclesiasticam, à nato Christo, vsq; ad Heraclij Imp. tempora, & ad annum Christi 625. deduxit.

ZONARAS etiam Ecclesiæ Constantino- politanæ, & controuersiarum religionis in Orientalibus Ecclesijs motarum historiam, singulorum Cæsarum Vitis intexit, vsque ad annum Christi 1120.

Speculum Vincentij Beluacensis, Monachi Dominici, summam totius historiæ Mundi, ab initio vsque ad annum Christi 1250. complectitur libris 32.

ANTONINVS quoq; Monachus Dominicanus, historiam Ecclesiasticam, ab initio Mundi deductam vsq; ad annum Christi 1460. composuit, diuisam in titulos 24. In quibus Sanctorum præcipuè Episcoporum, Martyrum, Doctorum & recentium Monachorum ac  
Ponti-



ECCLESIASTICA.

*Pontificum Romanorum historias recitat.*

*Platina Secretarius Pontificius, scripsit vi-  
tas 151. Romanorum Pontificum, à S. Petro  
vsq; ad Sixtum 4. & annum Christi 1472.*

*METROPOLIS ALBERTI CRAN-  
TII, Seriem & successiones omnium Episcopo-  
rum, in duodecim Saxoniae inferioris & Vuest-  
phaliae Ecclesijs Cathedralibus enumerat, &  
narrationes de rebus in Imperio et vicinia gestis  
intexit. Orditur autem à Caroli Magni tempo-  
ribus, qui Ecclesiam Bremensem, instituto Epi-  
scopo S. Vuilehado, circa annum Christi 788.  
fundavit: ac inter cætera præfatur, Se post diu-  
turnum bellum cum gente Saxonica pacem fe-  
cisse, hac conditione, vt pristinam libertatem &  
immunitatem retineret integram, sed tamen vi-  
cta iam Deo gratias ageret, & deinceps armis  
& fide Domino & Redemptori nostro Iesu  
Christo seruiret.*

*CHRONICON BERGOMATIS,  
à Iacobo Philippo Bergomense, Monacho Au-  
gustiniano, libris 16. ab initio Mundi vsq; ad  
annu Christi 1503. deductum, lectu vtilissimum  
& iucundissimum est. Vniuersam enim Eccle-  
sia Dei & Imperiorum historiam, & urbium  
præcipuaru in tota ferè Europa origines & res  
gestas, & omnium illustrium virorum, Princi-  
pum,*



HISTORIAE

pum, Doctorum, Artificum, Sanctorum, Martyrum, & aliorum, qui nunquam vixerunt, vitam breuiter & neruose expositam, notatis simul & accuratè distinctis temporibus, & annorum serie obseruata, complectitur.

Extant autem multorum Chronica & Epitome, complectentes omnia mundi tempora. & seriem Imperiorum, & maximarum rerum, quæ in Ecclesia & Imperijs euenerunt. Ac præter eos, qui in Catalogo historicorum paulò antè nominati sunt, Iustinus etiam, qui circa annum Christi 150. floruit, omnium gentium Historias maximè insignes, à Nino Assyriorum Rege, qui circa annum Mundi 1906. regnare cæpit, vsq; ad Augusti Cæsaris annum 25. qui est à condito Mundo 3945. in compendium contraxit, ex 44. libris Trogi Pompeij Romani: cuius patrem, Iulij Cæsaris Cancellarium fuisse, Trogius ipse scriptum reliquit.

EVSEBIUS Cæsariensis, Chronologiam omnium Mundi temporum, à primo initio, vsq; ad annum Christi 330. contexuit. Hanc D. Hieronymus vsq; ad annum 382. Prosper vsq; ad 448. Matthæus & Matthias Palmerij vsq; ad 1482. inde alij quidam vsq; ad nostra tempora, & annum Christi 1543. perduxerunt.

HERMANNVS CONTRACTVS fili-

us



ECCLESIASTICÆ.

us Comitis in Veringen, Monachus ad S. Gal-  
lum, Chronologiam vsq; ad sua tempora & an-  
num Christi 1066. pertexuit.

Paulus Orosius Epitomen historiarum mun-  
di ab initio vsq; ad annum Christi 420. libris 7.  
complexus est: Quos S. Augustino dedicauit.

Autor Fasciculi temporum, breui fasce  
mundi tempora comprehendere, & in vna ve-  
luti Tabula, seriem Regum & Pontificum, &  
aliarum rerum memorabilium Lectori spectan-  
dam exhibere conatus est, vsq; ad annum Chri-  
sti 1484. Idem concinnatoris Catena aurea,  
studium fuit.

Quod autem Poëta vetus de suo carmine inquit:

Floriferis vt Apes in saltibus omnia libant,

Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,

Aurea perpetua semper dignissima vita:

Id de Chronico Carionis Philippico rectissime  
vsurpari potest, in quo verè νοσιφάε, ἀπὸ πα-  
σῶν τῆς ἰσογίας ἀρετῶν ἔδρεψε, & Histori-  
as Ecclesie et imperiorum singulari iudicio ele-  
ctas & sapientissime accommodauit ad locos  
communes & Regulas legum: & dulcissimas  
γνώμας intexuit, quæ omnium vitæ consilio-  
rum & actionum normas continent. Quare

in omnibus Studiorum manibus

assidue versetur.

E I N I S.
















Tg 884a


(x2219923)

nc









DE RATIONE  
**DISCENDI,**  
ET ORDINE STV.  
DIORVM IN SINGVLIS  
*Artibus rectè institu-*  
*endo.*

DAVID CHYTRÆVS.



VVITTEBERGÆ  
IOHANNES SCHVVERTELY-  
VS EXCVDEBAT.

ANNO M D. LXVII.

